


H

Habet ad Vssum D.nus D.nus Ferdinandus
M.a Pa D.nos ...
...us Vicarius
... Hispalensis,
... undus preses.

M. S. pergamino, regular, con 368 hoj[as]

De peccatis

Rotulata

Fioridos de peccatis

H

Habet ad Vssum D.^nus D.^nus Ferdinandus
Vena.^la Barr.^tos et Rueda dignissimus Vicarius
Generalis totius Archiepiscopatus Hispalensis,
et Eclesiæ carmonensis olim venerabundus preses.
~ anno Dmi MDCCXXXVI ~

Florinda de' Peccati



✝

PRÆLUDIUM

Eo peccatum ea est, ut sicut ad ultimum finem assequendum est impedimentum, ita et mentis aciem miseris offundat tenebris juxta illud psalmi 39: Comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui ut viderem. Ad clariorem ergo sciarum peccatorum obstacula discienda toto animo fugienda sunt: ad cuius prosequutionem nulla quae eorum foedissimam speciem opponere aptius excogitari potuit, nec minus virtutum pulcherrima oppositio allicit, quam peccatorum speculatio ad felicissimum nostrum finem conduxit.

Hac de causa selectissimam inter theologicas de peccatis materiam nobis exponere accepimus. De qua D. Thomas 1. 2. a q. 71 ad 18 quaestiones et Mag. lib. 2 sententiarum a dist. 21 ad distinctiones plures, quamquam praecipua, celeberrimaque theologi disputant. Quam nos in praesenti in tres tractatus divisam dabimus. In 1º de malitia gravitate distinctione, et specifica et numerica peccatorum agemus. In 2º de divisione seu distinctione peccatorum. In tertio denique de peccatorum subiecto, causis, et effectibus.



Joannes Ant. del Hierro

TRACTVS I.

De malitia grauitate et distinctione peccati

In hoc 1° tractatu de morali philosophia circa peccatum in communi disputabimus; disputabimus etiam de peccati grauitate, utrum videlicet infinita sit, et tandem unde proueniat, quod peccata in specie, et numero inter se distinguantur.

Disputatio I.

Quid sit vitium, et peccatum.

Caput I.

De vitio ut a peccato distincto.

1 Nomine tam vitii, quam peccati vulgo venit ultimum ad significandum quemcumque defectum naturalem, siue corporis, siue animi; ac ideo in praesenti non in ea latitudine accipimus, sed prout praeterea significat defectum moralem, seu maculam deformem. Et in hoc eodem morali sensu quid distinctum intelligimus nomine vitii, atque nomine peccati, quae differentia est, quod peccatum est ipsa praua operatio vel omissio; ac vero vitium est habitus inclinans ad ipsam prauam operationem vel omissionem; atque adeo peccatum se habet per modum actus; vitium vero per modum habitus.

2 Hinc ita vitium definiri potest: habitus ex repetitione prauae operationis, vel omissionis genitus. Ex qua definitione deducitur quod appetitus, licet in prauas operationes inclinet, non sit vitium; scilicet quia non est habitus ex repetitione operationum prauarum genitus, sed hominis naturalis, nec culpam personalem supponit. Vitium enim arguere debet hominem malum esse effectiue. Et si P. Arriaga 1a 2ae disp. 33 sect. 3 admittat appetitum posse vocari vitium, sicut ab Apostolo vocatur peccatum.

3 Dices 3º: si quis acquirat habitum virtuosum aut indifferentem v.g. deambulandi, et deinde illi prohibeatur talis deambulatio, ille habitus redditur vitiosus utpote inclinans ad operationem prohibitam, et tamen talis habitus non fuit genitus ex repetitione pravae operationis aut omissionis: Ergo vel sit vitium aut habitus vitiosus non requirit quod sit genitus ex repetitione pravae operationis aut omissionis. = Distinguo maiorem: et tamen talis habitus non fuit genitus ex repetitione pravae operationis quae prava non sit pro priori, concedo maiorem; quae prava non sit saltem in posteriori, nego maiorem.

4 Illae operationes a quibus genitus fuit talis habitus revera malae non fuerunt pro illo priori ante prohibitionem in quo positae fuerunt, unde propterea in illo priori neque habitus malus aut vitiosus fuit; at vero posita prohibitione illae operationes pro illo posteriori malae sunt, idem valent ac tenentur ut si in posteriori ponerentur malae essent; et quia talis habitus hic et nunc provenit ex repetitione operationum quae hic et nunc malae sunt, propterea talis habitus vitiosus est. = Aliter respondet P. Arriaga citatus negando talem habitum esse vitiosum usque dum nova repetitione pravae operationis quasi fermet ab operante.

Dices 2º.

5 Deus de potentia absoluta potest infundere habitum vitiosum, ut multi concedunt et nos in physica docuimus; et in tali casu ille habitus non esset genitus ex repetitione pravae operationis aut omissionis: Ergo vitium seu habitus vitiosus non debet necessario esse genitus ex repetitione pravae operationis aut omissionis. = Distinguo maiorem: et in tali casu non esset genitus ex repetitione pravae operationis neque id exigeret, nego maiorem; et exigeret provenire ex tali repetitione, concedo maiorem. Ad veritatem definitionis sufficit quod habitus exigat provenire ex repetitione pravae operationis; et quidem licet Deus infunderet eundem habitum, id habitus exigeret; et propterea Deus infundens talem habitum inferret violentiam creaturae rationali.

Quaeres 1º an vitium sit

6 magis malum quam peccatum. Resp. cum P. Bargas hic quod est magis malum esse peccatum quam vitium in genere moris. Probatur quia illud est maius malum quod est … malum;

id peccatum e malum, q. reddens hominem inimicum Dei, transgressorem eius praecepti, et dignum poena; quod non habet vitium quod solum habet inclinare ad peccatum, ad inimicitiam et transgressionem: ergo peccatum magis malum e quam vitium.

7 Ad 7um in esse perfectionis, seu in genere entis; dicendum cum Scoto in Mathaphisica disputatione 8, meliorem seu perfectiorem esse actum sive peccaminosum sive bonum quam habitum acquisitum; e contra habitum infusum meliorem esse quam actum; probatur, quia habitus acquisitus generantur ab actibus ipsis; et habitus non producit actum, cum solum det facilius posse: in habitu vero infuso e contrario evenit, quia habitus infusus dat simpliciter posse et actus non generant habitum infusum; ergo in esse perfectionis melior e actus quam habitus acquisitus et melior e habitus acquisitus quam actus

et melior e habitus infusus quam actus.

8 Dices: causa continet continere effectum; id vitium e causa peccati: ergo continet peccatum: ergo continere eadem vel tam malitiam peccati; consequens quod peccatum non erit magis malum quam vitium etiam in genere moris. = Distinguo maiorem causa continet effectum, quam perfectiones effectus, omitto maiorem quam imperfectiones, nego maiorem. Solutio patet in voluntate quae e causa peccati; et voluntas non e magis aut tam mala quam peccatum. Et ratio e: quia sufficit quod causa contineatur virtualiter et eminenter effectum, id e quod sit entitas perfectior effectu.

9 Quaeres 9o utrum sicut virtutes ita et vitia omnia iungi possint in eodem subiecto? Duo supponit interrogatio: 1um quod omnes virtutes simul iungi possunt in eodem subiecto; 2um alterum fere omnes: quia aliquae sunt virtutes, quae incompatibiles videntur, ut reddere debitum in uxorata cum virginitate. 2um quod nec virtutes, nec vitia omnia connectuntur inter se: possunt enim aliae virtutes et alia vitia esse sine aliis; imo et possunt aliqua virtus simul esse cum vitio dicto sine; ut virtus castitatis cum vitio impietatis.

10 Respondeo

4

in omni neque potest vitia (simul) coniungi in eodem subiecto. Probatur: quia contrarietas plura vitia inter se compatibilia et repugnantia; quod alias quae contrariarum perfectionum contrariant eidem virtuti ut avaritia et prodigalitas, quae contrariant virtuti liberalitatis, quod non habent virtutes quae in medio consistunt: ergo omnia vitia simul coniungi non possunt in eodem subiecto.

11 Quaeres 3° utrum quomodo vitium opponatur virtuti? Interrogatio ... vitio, et virtute eiusdem lineae ut vitium mentiendi virtute, seu habitu veracitatis; quia ut constat ex dictis 10 vitium alterius lineae non opponitur virtuti alterius lineae. Ad interrogationem ergo vitium opponi virtuti acquisitae dandi facilitatis posse, non vero opponi virtuti infusae dandi quod licet posse. Ita P. Arriaga hic disp. 40.

12 Probatur 1° pars responsionis: quia vitium mentiendi est inclinatio ad dicendum verum et virtus et habitus acquisitus veracitatis est inclinatio ad dicendum verum, sed inclinatio ad dicendum verum opponitur inclinationi ad non dicendum verum: ergo vitium — — — — — — —

ergo vitium mentiendi opponitur virtuti veracitatis: et sic de religione alius. —
Probatur 2° quia quis potest posse non mentiri non ponit neque incompatibilitatem inclinationem et facilitatem ad mentiendum; etiam quod obstet quod quis habeat facilitatem immo et consuetudinem mentiendi, et quod ponit dicere verum: ergo vitium mentiendi non opponitur virtuti infusae quae dandi posse: et sic de aliis.

13 Quaeres 4° utrum oppositio vitii cum virtute acquisita sit metaphysica, vel quasi physica? Resp. non metaphysica, sed physica contraria: propterea quod utrumque habitum vitiorum et virtutum posse de potentia Dei absoluta simul coniungi in eodem subiecto. Probatur: quia inter eos habitus non datur maior oppositio atque inter duas positivas entitates ut inter calorem et frigus; neque ex eorum coniunctione aliqua contradictoria sequitur: ergo de potentia Dei absoluta possunt simul coniungi in eodem subiecto.

CAP. II

Sententiae circa constitutionem peccati.

5

14 Supposita ditione ultimo a peccato, quaerimus in praesenti, in quo essentia metaphysica peccati consistat? Quaerimus scilicet, quae nam sit formalitas, seu ratio formalis, a qua actus nostrae voluntatis denominatur formaliter malus et peccaminosus. Nam peccatum consistere, quod detur aliquis subiectum actio vel omissio libera; malitia vero moralis est forma, seu quasi forma denominans eam actionem vel omissionem peccaminosam, seu peccatum. De hac malitia quaerimus in praesenti, in quo nam praedicato essentialiter consistat?

15 Prima sententia docet, malitiam peccati consistere in defectu debiti obiecti, vel debiti finis, vel debitae alicuius circumstantiae ita ut actio vel omissio evadat peccaminosa per defectum alicuius ex numeratis. Pro hac sententia citatur Pater Valentinus subtilis Doctor in 2° dist. 4. Sed impugnatur, quia si quis invincibiliter amplectatur tamquam bonum indebitum obiectum aut indebitum finem, talis actus non erit peccaminosus: ergo in eo defectu non consistit malitia peccati. Si autem dicas, per indebito obiecto intelligi, non quod tale sit in esse rei, sed in esse obiecti, idem, quod iudicatur et proponatur tamquam indebitum, erit dicere, quod malitia consistit in difformitate cum iudicio proponente obiectum ut bonum, et debitum: quae est sententia asserentium, malitiam peccati consistere in difformitate cum dictamine conscientiae, de qua postea.

16 2a sententia docet, malitiam peccati consistere in difformitate cum obiecto prout rationi dissono, vel in conformitate cum obiecto prout rationi dissono. Ita Curiel[?] Ton[?] disp. 2 art. 3 in eamque inclinare videtur [illegible] hic disp. 3 sect. 3. — Sed impugnatur eadem ratione atque praecedens sententia: quia si dicat, quod talis difformitas debet esse cum obiecto in se et in esse rei dissono, stare non potest cum veritate, cum actus invincibiliter amplectens obiectum dissonum, tamquam consonum, peccaminosus non sit; si autem dicat, quod talis difformitas debet esse cum obiecto in esse obiecti dissono et prout tale proponitur, et iudicatur; reincidit in praedictam sententiam de difformitate cum dictamine conscientiae.

17 3a sententia docet, malitiam peccati consistere in oppositione seu difformitate cum lege positiva divina. Ita Angelus[?] in moralibus cap. 6 et Caramuel in theologia fundamentali n° 71 et in morali n° [illegible] in eamque inclinat Pater Arria[?] tom. 3° disp. 19 quatenus asserit quod mendacium

et alia intrinsecè mala sublata lege diuina forent utique mala sed non pec-
caminosa; id hoc asserere e questionem facere de nomine et quidem contra communem
modum loquendi; omnes enim communiter pro eodem habent malum morale atque peccatum
et ea reputant tanquam sinonima. Secundo impugnatur haec sententia: quia facta hy-
potesi impossibili, quod Deus proferret mendacium sub conditione illius malitiae,
intelligeret in eo mendacio malitia essentialiter talis; sed non intelligeret ibi
oppositio cum lege diuina: ergo malitia peccati essentialiter talis non consistit in
ea oppositione. Obtinetur: quia ratio Dei non potest intelligi lex, lex enim debet esse
a superiori, qui ratio Dei intelligi non potest; sed ubi non datur lex, non potest dari opposi-
tio cum lege: ergo. = Confirmatur: quia plura obiecta sunt intrinsecè mala independenter
ab omni prohibitione aut lege, ut mendacium, odium Dei etc. ac propterea
receptissimum illud axioma, alia sunt prohibita quia mala et alia mala quia pro-
hibita: ergo independenter ab omni lege, et consequenter independenter ab oppositione cum lege potest
intelligi actus peccaminosus, per hoc quod sufficit quod intelligatur actus amplectens talia
obiecta intrinsecè mala.

18 Quarta docet, malitiam peccati consistere in difformitate
cum iudicio diuino iudicante hoc aut illud obiectum esse malum, quod diuinum iudicium
est prima regula in genere morum. Ita Pater Lalar[?] 1a 2ae tractatu 7 disputatione 3 sectione 1. =
Impugnatur eodem modo atque praecedens sententia: quia per hoc quod sufficit quod intelligatur
actus amplectens obiectum intrinsecè et independenter ab omni iudicio diuino malum, in-
telligitur actus malus et peccaminosus: ergo independenter a difformitate cum eo iu-
dicio diuino potest intelligi actus peccaminosus, consequenter in ea difformitate
non potest consistere malitia peccati.

19 Quinta sententia docet, malitiam peccati consistere in op-
positione cum aliqua virtute; illum enim actum esse malum, qui cum aliqua virtute op-
ponitur. Ita aliqui antiquiores. Sed impugnatur: quia potest aliquis actus habere op-
positionem cum alliqua virtute quin sit peccaminosus, ut omissio sacri die non
festo, quae opponitur auditioni sacri, quae etiam in die non festo est actus religi-
onis, et actus matrimonialis, qui opponitur virginitati: ergo in ea oppositione
cum virtute non potest consistere malitia peccati.

20 6 Sua docet malitiam peccati consistere in ea consequtione cotrj que nos avertit a summo bono et a similitudine cum aliquo divino attributo. Ita PP. Sparza lib. tom. 3 q. 12. = Sed impugnatur: quia facta hypotesi, quod quod Deus profferret mendacium, tale mendacium intelligeret ut peccaminosum; sed non intelligeret ut aversio a summo bono; cum non intelligeret Deus aversionem a seipso: ergo in ea aversione non consistit malitia peccati = confirmatur: quia etiam si non daret Deus, loco ignoraret, mendacium et alia intrinsece mala essent peccata; id tunc non intelligeret aversio a Deo: ergo in ea aversione non consistit esse peccati.

21 7 Sua docet malitiam peccati consistere in oppositione, seu dissonantia cum natura rationali quatali, id est quatenus rationabiliter operanti. Ita PP. Arriaga disp. m. et Oviedo tract. 4 contr. 3. Sed impugnatur: quia ante oppositionem cum natura rationali supponit in peccato praedicatum proprium peccati; id est peccatum non potest consistere in praedicato supponente aliud praedicatum proprium peccati: ergo in ea oppositione non potest consistere esse peccati. Probatur maior: quia ante oppositionem cum natura rationali supponit in peccato, quod sit contra dictamen conscientiae; et esse contra dictamen conscientiae est praedicatum proprium peccati: ergo. Probatur maior: quia ideo actus noster voluntatis potius est contra naturam rationalem quam sit conformis, quia illicitus est contra dictamen conscientiae; si enim illicitus esset iuxta tale dictamen, sicut est ipsum mendacium illicitum sine advertentia, seu iudicando esse licitum; non esset contra naturam rationalem; ergo disformitas cum dictamine conscientiae fundamentum ad oppositionem cum natura rationali: ergo ante oppositionem cum natura rationali supponit quod sit contra dictamen conscientiae.

22 8 Sua docet malitiam peccati consistere in disformitate cum recta ratione seu dictamine conscientiae, id est, quod illa actio vel omissio erit peccaminosa, quae illicita sit aliter atque dictamen conscientiae hic et nunc dictat illicitum esse. Ita PP. Molina, Vasquez, Granet, Suarez, lib. 2 disp. 4 q. 3 art.

CAP.[m] III.[m]

Nostra resolutio. —

23 Ante resolutionem supponendum est 1.º rectam rationem seu dictamen conscientiae esse quoddam iudicium proponens aliquid tanquam bonum prosequendum, vel tanquam malum fugiendum. Ceterum non est quod id sub obligatione proponit, ut iudicium proponens bonum esse audire sacrum die non festo vocatur etiam recta ratio, dictamenque conscientiae, quin aliquam obligationem proponat; at vero quando do. S. ratio docet, malitiam peccati consistere in disformitate cum dictamine conscientiae loquitur de dictamine proponente aliquid sub obligatione prosequendum, vel fugiendum, ut auditionem sacri die festo, omissionem carnium die veneris &c., et quod disformitatem cum eo dictamine obligatorio constituit rationem malitiae. Supponendum est 2.º, dictamen conscientiae aliud esse practicum,
24 aliud speculativum: dictamen speculativum est iudicium proponens bonum aliquid in communi prosequendum, vel malum in communi fugiendum: ut iudicium proponens audiendum esse sacrum omnibus diebus festis, quin proponat hic, et nunc eam obligationem urgere: dictamen practicum conscientiae est iudicium proponens obligationem hic et nunc urgentem, ut hodie esse diem festum et propterea hodie dari obligationem audiendi sacrum. Illud dictamen speculativum intelligi solet per eodem atque ratio rationalis: propterea S. ratio loquitur de dictamine practico conscientiae, quod est applicativum et quasi particulare illius dictaminis speculativi: unde ulterius fit quod dictamen speculativum potest esse verum, et dictamen practicum potest esse erroneum; itaque optime quod quis habeat quod iudicium verum omnibus diebus festis audiendum esse sacrum sub obligatione, et iudicare quod hodie est dies festus et ita urget praeceptum, cum revera dies festus non sit.

27 Supponendum est 3.º hic solum quaeri de malitia formali non de obiectiva et materiali: malitia obiectiva et materialis est, quae datur in ipso obiecto ratione cuius obiectum dicitur malum, ut ipsa obiectiva interfectio proximi; malitia formalis est quae datur in ipso actu voluntatis quo in obiectum malum tendimus. Supponendum est 4 nomine omissionis, quo frequenter hic utemur, non intelligi in praesenti praecise puram omissionem, id si intelligimus quamlibet omissionem sive puram sive non puram, neque in praesenti indigemus quod detur vel non detur pura omissio peccaminosa.

28 Supponendum est 5.º, peccatum formaliter consisti-

hum̃ p libertatis, quæ libertas, ut alios, se het tanqm pa parcialis denominans actionem, l omissionem, ne malam, ne bonam; ut aliosse het tanqm parciale subiectum; sic in sequenti de libertate, n quæ ximus, sedea suppoñimus, quia supponimus, peccatum debere esse actum humanum p libertatem constitutum, de quo satis dictum est in mãa de actib' humanis: eo igitur supposito nego-mus de ratione formali malitiæ, quæ actionem et omissionem denominat malam, et peccaminosam. = Supponendum est tandem, quod malitia formalis nihil est aliud, quam vituperabilitas et detestabilitas actionis, l omissionis, sicut extra bonitas formalis nihil est aliud, quam laudabilitas: itaque illa actio, et omissio dicitur mala ratione cuius ponens talem actionem, l omissionem reddit dignum vituperio. = Iis ita suppositis sit conclusio.

Sit prima conclusio. Malitia pec-
29 cati essentialit' consistit in disformitate cum dictamine conscientiæ aliquid sub obligatione proponente. Probatur 1.º: quia per eius positionem in actu morali ea disformitate aut disformitate, actus resultat peccaminosus, et per eius ablationem actus non intelligit' peccaminosus: ergo in ea disformitate consistit essentialit' malitia pecci. Probatur ans quo ad 1.am partem: quia per eius positionem ea disformitate, actus resultat elicitus contra obligationem propositam ut talem; sed actus elicitus contra obligationem propositam ut talem exit peccaminosus: ergo per eius positionem ea disformitate, actus resultat peccaminosus. Maior constat: quia dictamen conscientiæ proponit eam obligationem. Minor etiam constat: quia actus elicitus contra obligationem propositam ut talem reddit operantem dignum vituperio, utpote operantem contra suam obligationem. = Probatur modo ans quo ad 2.am partem; quia per eius ablationem ea disformitate, actus non evadit contra aliquam obligationem cognitam ut talem; sed actus, qui contra nullam obligationem cognitam ut talem est, non est peccaminosus: ergo per eius ablationem ea disformitate actus non evadit peccaminosus. Maior constat: quia sine ea disformitate actus l evadit conformis, l saltem non disformis alicui obligationi. Minor etiam constat: quia nullus dignus est vituperio ratione operationis, quæ contra nullam suam obligationem est.

Probatur 2.º

30

quia dictamen conscientiae est regula regulans et dirigens nostras operationes morales: ergo actus evadit essentialiter peccaminosus, et malus per difformitatem cum tali dictamine. Antecedens constat ex materia de conscientia. Neque alia regula proxima et immediata significari potest, per cuius regulationem nostrae operationes evadant tum bonae, tum malae. Probatur consequentia: quia operatio ex aliquibus regulae directione facta, ideo evadit defectuosa, quia evadit difformis regulis; secus quia non evadit facta iuxta regulam: ideo domus evadit defectuosa, quia non facta iuxta regulas artis domificatoriae: ideo imago evadit defectuosa, quia non est depicta iuxta regulas artis pictoriae: et per hanc rationem in logica docemus, oblationem formalem logicae essentialiter consistere in conformitate cum regulis; ideo evadit recta vel defectuosa definitio logicalis, quia evadit conformis vel difformis regulis logicae dirigentibus ad rectam definitionem conficiendam: ergo actus evadit peccaminosus, et malus per difformitatem cum dictamine conscientiae, quod est regula proxima morum.

31 Probatur 2°: quia difformitas cum dictamine conscientiae est vel praedicatum peccati et aliorum praedicatorum fundamentum: ergo in ea difformitate consistit essentialiter malitia peccati. Consequentia patet: quia solum vel praedicatum differentiale rei est eius constitutivum, reliqua autem praedicata subsecuta sunt passiones in illo priori praedicato radicate. Probatur antecedens: quia ex eo, quod actio, vel omissio sit contra dictamen conscientiae, resultat, quod sit contra rationem rationalem, contra legem divinam, etc., sin autem dictamen conscientiae proponens obligationem fugiendi eam actionem, aut omissionem neque actio, neque omissio peccaminosa erit; itaque licet quis poneret odium Dei, quod tum sit contra naturam rationalem; et contra legem divinam, deficiente dictamine, seu iudicio conscientiae non proponente illius malitiam, tale odium peccaminosum non esset: ergo difformitas cum dictamine conscientiae est vel praedicatum peccati, et aliorum praedicatorum fundamentum.

32 Ex dictis infertur 1°, bonitatem moralem actus boni essentialiter consistere in conformitate cum recta ratione seu dictamine conscientiae, utpote quae constitui debet per oppositum malitiae. Atque adeo malitia et bonitas

moralis formalis ita definiri possunt: malitia: difformitas actus moralis cum recta ratione ad aliquid obligante. Bonitas: conformitas actus moralis cum recta ratione.

35 Infertur 2.° malitiam esse denominationem partim intrinsecam et partim extrinsecam actui peccaminoso. Probatur: quia ea difformitas actus cum dictamine conscientiae est relatio praedicamentalis saltem fundamentalis constituta et per ipsum actum peccaminosum et per dictamen conscientiae; sicut quaelibet relatio praedicamentalis saltem fundamentalis constituitur per fundamentum et terminum; sed qua parte dicit actum peccaminosum, est quid intrinsecum identificatum cum ipso actu; et qua parte dicit dictamen est quid dictum et extrinsecum ipsi actui: ergo ea difformitas, seu denominatio malitiae est partim intrinseca et partim extrinseca actui peccaminoso.

36 Infertur 3.° omne peccatum esse disconveniens naturae rationali ut tali; cum tamen ea disconvenientia non praedicatum essentiale malitiae, sed passio metaphysica illius: et ratione talis disconvenientiae cum natura rationali actus evadit obiective malus, ita ut actus reflexe tendens affective illum reddit actum formaliter malum, ĥeri, objectum mali: quod constat ex natura sua in materia de actibus humanis, ubi malitia obiectiva constituitur per disconvenientiam cum natura rationali: unde quodlibet peccatum evadit formaliter malum ratione difformitatis cum dictamine conscientiae; et evadit obiective malum ratione disconvenientiae cum natura rationali.

37 Infertur 4.° ad malitiam refundendam in actu sufficere dictamen virtuale conscientiae, nec requiritur necessario dictamen formale. Probatur et explicatur: quia qui haberet has praemissas: amplecti prohibitum peccaminosum est; sed mentiri est prohibitum: et praeterea cognosceret bonitatem illarum ex quo talibus praemissis illatas, ——————— licet formaliter et ex professo conclusionem non elicerat, si mentiatur, peccabit mendacium quod illi tribueret; sed in hoc casu solum datur dictamen conscientiae virtuale inclusum in illis praemissis et cognitione de bonitate illarum: ergo ad malitiam peccati sufficit dictamen virtuale conscientiae.

CAP. IV.

Argumenta contraria.

12. 36 Opponitur 1°: stat optime actum esse peccaminosum, quin det difformitatem cum iudicio proponente malitiam obti: ergo in ea difformitate non consistit malitia peccati. Probatur ans: quia sub dubio, vel ignorantia vincibili de malitia obti quis amplectens obtum, committit peccatum: et tunc non datur difformitas cum iudicio proponente malitiam obti: ergo. Probatur minor: quia tunc non datur iudicium proponens malitiam obti seu dictans obtum esse malum, sed potius datur iudicium ignorans seu dubitans de malitia: ergo.

37 Nego ans ad cuius probationem distinguo minorem; et tunc non datur difformitas cum iudicio proponente immediate malitiam obti, omitto minorem; proponente saltem mediate malitiam obti nego minorem. Probatio minoris sub eadem distinctione accipienda est. Quando quis vincibiliter ignorat, vel dubitat de malitia obti habet quidem iudicium saltem virtuale quo illi proponit periculum amplectendi obtum malum, et simul obligationem vitandi tale periculum; et hoc iudicium dicitur mediate proponens malitiam obti fugiendam: quod si neque hoc iudicium detur, iam actus non erit peccaminosus; quia iam erit ignorantia invincibilis excusans a peccato. Omissi illam minorem quia poterat dici, ad malitiam contrahendam sufficere, quod obtum proponatur, ut malum saltem dubitative: et iudicium ita proponens obtum utique vocari potest dictamen conscientiae.

38 Opponitur 2°: Dictamen conscientiae supponit malitiam in operatione peccaminosa ergo eam non constituit. Probatur ans: quia dictamen conscientiae est iudicium proponens, et repraesentans malitiam operationis; sed iudicium proponens et repraesentans malitiam operationis supponit malitiam in operatione: ergo. Nego ans. Ad cuius probationem distinguo maiorem: dictamen est iudicium proponens et repraesentans malitiam operationis, ut futuram et vitandam, omitto maiorem; ut praesentem et iam introductam in operatione nego maiorem. Distinguo etiam minorem: sed iudicium proponens et repraesentans malitiam ut futuram et vitandam supponit malitiam in operatione, nego minorem; proponens et repraesentans, ut iam introductam, concedo minorem.

39 Solutio patet exemplo: regula artis pictoriae prosperans quomodo conformanda sit imago, et hic, aut ille error fugiendus, respicit et proponit ipsam rectitudinem

aut inrectitudine imaginis, id quia illa respicit, ut introducendam aut vitandam, non supponit imaginem rectam aut erroneam; id deinde imago evadit recta aut erronea per conformitatem aut difformitatem cum tali regula. Ita similiter dictamen conscientiae proponit bonitatem introducendam, et malitiam vitandam in consecutione huius aut illius obiecti, ipsa autem operatio deinde evadit bona vel mala per conformitatem vel difformitatem cum eo dictamine. = Omissio quod dictamen conscientiae proponat malitiam ipsius operationis, quia saepe requirit, quod proponat malitiam obiecti, nec malitiam quasi reflexe ipsius consecutionis talis obiecti.

40 Opponitur: Stare potest actus difformis dictamini conscientiae qui non sit peccatum: ergo malitia peccati non consistit in ea difformitate. Probatur antecedens: quia si rusticus ut die festo formet dictamen, se male agere, et peccatum committere, sive relinquat oves obaudiendum sacrum, sive oves non relinquat, et ita sacrum amittat; tunc sive relinquat, sive non relinquat oves sive omittat, sive non omittat sacrum, non peccat: id habet dictamen conscientiae dictantis, utroque modo peccare; huic dictamini evadit actus difformis: ergo stare potest actus difformis dictamini conscientiae qui non sit peccatum.

41 Nego antecedens. Ad probationem distinguo minorem: id habet dictamen, cui evadit difformis actus necessarius, concedo minorem: actus liber subdistinguo: actus physice liber, concedo minorem; actus moraliter liber, nego minorem. Diximus n.º 27, actum peccaminosum dicere moralitatem libertatem, illa quae supponitur a malitia peccati: sicut fundamentum denominans hominem album exigit albedo, id adhoc ut ea fundamentum denominet potius hominem album quam parietem, debet moraliter supponi homo tanquam subiectum. Rusticus quod ille constitutus in eo casu perplexitatis licet habeat libertatem physicam ad elligendum inter duos actus physice dictos, non habet libertatem ad actus morales, quia non habet libertatem ad elliciendum, vel omittendum actum peccaminosum iuxta suum dictamen, quia iuxta suum dictamen necessitatus ad actum peccaminosum; unde quemcumque proponat, nullus erit peccaminosus, defectu libertatis: nisi forte aliquod ex illis tanquam minus malum proponat, quia tunc

int. duo illa mala inevitabilia tenet minus malum elligere.

42 Opponit 4. Dictamen consc. non est regula proxima operationum: ergo indifformitate cum illo non pot. consistere malitia peccati. Probatur ante. multipliciter. 1°. quia est defectibile. 2°. quia pot. esse erroneum. 3°. quia idem actus pot. esse iam conformis iam difformis eidem regulae, seu dictamini, ut quidem omissio diei in iudice est actus conformis dictamini, et in persona particulari est difformis. ergo non est regula proxima operationum. = Dico ante. dictamen consc. non est regula in existendo, concedo ante.; non est regula in regulando, sub dico; non est regula remota, concedo ante.; non est regula proxima, nego ante. Suppositis ex his: dictamen consc. non est regula in existendo, quia non existit a se, et independenter ab alio, quod solus Deus habet. deinde in regulando operationes rationales est etiam in his divinus regula remota, quia est exemplar aliarum regularum et cuius participatio est regula creata; sicut quaelibet perfectio creata est participatio alicuius divinae perfectionis; caeterum dictamen consc. dicit, esse regula proxima et immediata nostrarum operationum, quia immediate et proxime applicat, et dirigit hic, et nunc ad ponendas, vel omittendas has, aut illas operationes in particulari.

43 Ad 1am probationem dico: opponi: dictamen consc. est defectibile in existendo concedo; in regulando ex suppositione erroris, nego. Pot. deficere dictamen quoad existendum, ut potest quid creatum; at ubi semel posito dictamine necessario est regula, per cuius conformitatem aut difformitatem operatio evadit bona vel mala, quae et hoc et nihil aliud regit actionem, vel regula proxima. = Dico etiam 2am probationem: dictamen consc. pot. esse erroneum quoad veritatem, concedo; quoad moralitatem, nego. Pot. quidem dictamen consc. errare iudicando esse malum quod revera bonum est; caeterum quoad regulandam operationem ita ut, si ipsum iudicet esse malum, operatio ei placens tale obiectum evadat mala errare non pot.: quia evenire non pot., quod operatio dictamini difformis mala non sit, sive dictamen falsum sive verum sit.

44 Dico etiam 3am probationem: idem physice actus pot. esse iam conformis iam difformis eidem regulae, concedo; idem moraliter actus, nego. Omissio diei in iudice.

idem est sic loquendo, et quoad entitatem, atque in persona particulari; atque ratione circumstantiarum, atque coalescit ratio moralitatis in iudice, est dictus actus moralis ratione omnium, atque in persona particulari ex defectu auctoritatis: ceterum si sit, et ducet idem moraliter actus sine ulla circumstantiarum varietate, necessario se per exitis formis, sicut per difformis eidem dictamini conscientiae.

45 Opponitur 5.° malitia peccati essentialiter consistit in difformitate cum regula conscientiae nostrae; sed regula conscientiae nostrae continetur in regula divina: ergo etiam consistit in difformitate cum regula divina = Distinguo minorem: sed regula conscientiae nostrae continetur formaliter; et tanquam in toto formaliter inducente partem, nego minorem; etenim sicut dictamen conscientiae nostrae licet contineat in dictamine divino, non constituit formaliter conscientia dicata dictaminis divini. Ita peccatum constituitur formaliter difformitate cum dictamine conscientiae nostrae, non constituitur formaliter difformitate cum dictamine divino: cuius ratio est, quam diximus in solutione, quia licet dictamen conscientiae nostrae sit formaliter idem cum dictamine divino; propterea conscientia ipsa post difformitas cum dictamine nostro praescindendo a difformitate cum dictamine divino. licet ea difformitas cum dictamine divino subsequatur necessario ex difformitate cum dictamine nostro.

46 Opponitur 6: peccatum in ratione mali debet consistere per id, per quod est malum; sed peccatum praecise est malum, quia ratio alicuius dictaminis, seu cognitionis: ergo per difformitatem cum ratione alicuius dictaminis constitui debet. = Nego maiorem: quia sicut calor est quid malum frigiditatis, et nihilominus non constituitur in esse caloris per id, quod opponitur cum frigiditate; sed potius illa oppositio supponit calorem essentialiter constitutum, ratione cuius constitutionis resultat ea oppositio cum frigiditate; ita nec peccatum constitui debet in esse talis per difformitatem seu oppositionem cum illo, cum malum; sed potius ea difformitas supponit, et debet malitiam essentialiter constitutam, ratione cuius resultat ea difformitas, haec ergo malitia quae supponit est difformitas cum dictamine conscientiae ex qua resultat difformitas cum dictamine rationali, ut diximus n.° 23.

47 Opponitur 7: peccata specificant ab obiectis quae diversificantur,

scilt peccatum, distingui debet per id, per quod specificat, et diversificat sive sumi ad tale specificationem: Ergo peccatum distingui debet per rationem, seu per difformitatem ad ipsum obiectum honestum aut inhonestum. = Distinguo minorem: id peccatum debet distingui per id, per quod proxime et primo specificat, concedo minorem; per quod remote specificat, nego minorem. Peccatum dicit rationem et ad obiectum et ad dictamen rationis; caeterum primario respicit dictamen rationis, et deinde obiectum; cuius ratio est: quia dictamen rationis ut potentia actus intellectus tendit primo in obiectum in se; alius actus peccaminosus ut potentia actus voluntatis intendit primo in obiectum in se, id quod cognitum; unde primo tendit in dictamen proponens bonitatem aut malitiam obiecti: et hic primarius respectus est per quem specificat.

48 Opponit 8. Sicut se habet veritas et falsitas in actibus intellectus, ita se habet bonitas et malitia in actibus voluntatis: sed veritas et falsitas consistit in conformitate et difformitate actus cum obiecto: Ergo bonitas et malitia consistere debet in conformitate aut difformitate actus voluntatis cum obiecto. = Omissis praemissis, nego consequentiam: quia actus intellectus respicit obiecta, ut sunt in se, ac propterea eius veritas et falsitas potest consistere in ordine ad ipsa obiecta: at vero actus voluntatis solum respicit obiecta ut praecognita, ac propterea eius bonitas et malitia solum desumi potest ab obiecto ut quod cognito seu proposito per iudicium et conveniens ab ipso proponente obiecti.

49 Opponit tandem D. Aug. contra Faustum lib. 22 cap. 27 ubi peccatum ita definit: dictum, factum, aut concupitum contra legem aeternam Dei. Et D. Amb. lib. de paradiso cap. 8 ita ait, quod est peccatum, nisi caelestium inobedientia mandatorum: Ergo peccatum consistit in difformitate cum lege aeterna Dei: Ergo non in difformitate cum dictamine rationis. = Nego utramque consequentiam: quia neque D. Aug. neque D. Amb. ponunt definitionem metaphysicam peccati, sed descriptionem, et explicationem omnibus magis notam, ut ita etiam ab indoctis tale intelligatur, quorum intentum potius fuit patefacere malitiam peccati, quam metaphysicam illius definitionem tradere.

caelestium

DISP. II.

De peccato quatenus aversio a Deo, et conversio ad creaturas.

CAP. I.

Quid sit aversio, et conversio in peccato?

50 Plura possunt dici de ceu formalitatibus in peccato reperti, quae eius generalem malitiam concomitantur, vel subsequuntur, et quae se habent tanquam eius proprietates, et passiones, de quibus suo ordine dicemus. In praesenti quaerimus de formalitatibus aversionis a Deo et conversionis ad creaturas, seu de aversione a bono incommutabili, et conversione ad bonum commutabile: ubi triplex ex more danda est difficultas. 1a est peccatum sit aversio a Deo, et conversio ad creaturas. 2o utrum aversio a Deo, et conversio ad creaturas sit unica vel duplex distincta formalitas? 3o utrum supposito quod distinguantur, aversio a Deo sit prior quam conversio ad creaturas, vel e contra.

51 Supponendum est 1o in peccato dari multiplicem aversionem: alia est aversio a dictamine rationis et haec est generalis peccato: quia aversio a dictamine rationis idem omnino est atque difformitas cum dictamine rationis; sed iuxta dicta difformitas cum dictamine rationis est generalis peccato: ergo et aversio a dictamine rationis. Alia est aversio a lege, quod intelligi debet de aversione sub disiuncto, vel a lege naturali vel a lege divina, vel a lege humana, idem a lege a superiore, vel a Deo, vel a superiore creato imposita, neque illa sic particulari determinate requirit ad malitiam peccati.

52 Alia est aversio a ratione naturali: cui opponitur et aversatur omne peccatum; quatenus ratio naturalis propendet in bonum honestum, vel saltem cohibet ab obiecto inhonesto, in quo modo operandi a ratione naturali diligit et haec est proprietas subsequens ad malitiam metaphysicam peccati, ut constat ex dictis. Alia est aversio ab honesto, quia omne peccatum vel amplectitur obiectum inhonestum vel respuit honestum. Alia denique est aversio a Deo, quia homo per peccatum avertitur a Deo, illumque affective derelinquit, et rei creatae et illius postponit. De hac ultima est praesens difficultas.

53 Supponendum est 2o, in praesenti loqui de aversione a Deo formaliter accepta et explicando Deum in aliquo speciali attributo, ceu communiter peccatum est aversio a Deo quatenus domino, quatenus benefactore etc., de quibus formalitatibus in sequenti capite, in praesenti vero abiis

spalitatib' extrahimur et loqimur de auersione a Deo precise accepto qaterus Deus.

54 Supponendum 3°, conuersionem ad creaturam seu ad bonum comutabile intelligi conuersionem ad rem creatam prohibitam et inhonestam: qia non quelibet conuersio ad rem creatam e peccatum; cum ipse uirtutes morales sint conuersio ad aliqid creatum, ut misericordia ad subleuationem pauperum.

55 Supponendum 4, auersionem de qua loqimur ee auersionem uoluntariam et affectiuam non materialem; atque adeo solum loqimur de auersione, que talis sit p actionem aut omissionem liberam sub propria ratione: ideoque solum loqimur de peccato theologico; qia peccatum pure philosophicum, seu commissum ab eo qi haberet ignorantiam aut omnimodam inaduertentiam de Deo, non uidetur esse, saltem ex parte ipsius peccatoris, auersio a Deo, cum tale peccatum non sit uoluntarium et affectiuum de relictione Dei sub propria eius ratione. = De peccato ergo theologico loquendo

56 Sit 1a conclusio. Oe peccatum e auersio a Deo, et conuersio ad creaturam; seu auersio a bono incomutabili, et conuersio ad bonum comutabile. Probatur: qia oe peccatum e prosequutio rei prohibitae Deoque displicentis; sed in eo, qd sit prosequutio rei prohibitae inuoluit conuersionem ad bonum comutabile; et in eo, qd sit rei Deo displicentis inuoluit auersionem affectiuam a Deo ergo oe peccatum e auersio a Deo et conuersio ad bonum comutabile.

57 Dices primo. Potest peccatum ee pura omissio; sed pura omissio non e conuersio ad bonum comutabile, neque auersio a bono incomutabili, e suspensio a boni tendentia affectiua: ergo non oe peccatum e auersio a Deo et conuersio ad bonum comutabile. = Omissa maiori de qua modo non disputamus, distinguo minorem: sed pura omissio non e conuersio formalis neque auersio formalis, concedo minorem; non conuersio, et auersio uirtualis, et interpretatiue talis, nego minorem. Sic per ae qui omittit adimpletionem alicuius precepti, ut audiendi sacrum die festo, e qia illi oppositum fuit aliqd motiuum ad talem omissionem, ut ludus, aut ambulatio; inde sacrum omittere dicitur uirtualiter et interpretatiue fuisse pro ludo, aut pro ambulatione; et consequenter omissio

dicit virtualiter et interpretative conversio ad ludum aut ad tribulationem.
a lit Voluo.

58 Aversio a Deo per se includit conversionem ad creaturam seu ad bonum commutabile; unde absque per se non distinguitur: at vero conversio ad bonum commutabile per se praescindi potest ab aversione a Deo: atque adeo distinguuntur distinctione includentis ab incluso. Probatur 1a pars resolutionis: quia nequit intelligi aversio a Deo, quin intelligatur transgressio eius voluntatis et legis; sed nequit intelligi transgressio divinae voluntatis et legis quin intelligatur conversio ad bonum commutabile: ergo nequit intelligi aversio a Deo quin intelligatur conversio ad bonum commutabile: consequenter illam per se includit. Probatur minor: quia nequit intelligi transgressio divinae voluntatis et legis quin intelligatur amplexatio rei prohibitae; sed amplexatio rei prohibitae est conversio ad bonum commutabile, quale est ipsa res prohibita: ergo.

59 Probatur 2a pars resolutionis: quia potest intelligi in peccato conversio ad rem prohibitam et inhonestam praescindendo a quonam prohibita sit, an a ratione, an a creatura, an a Deo? Praescindendoque a quonam avertat: an a Deo, an a dictamine rationis, an a ratione naturali? Etenim, licet a parte rei nequeat dari conversio ad bonum commutabile, quin detur aversio a Deo, potest tamen per intellectum praescindi: ergo conversio ad bonum commutabile per se distinguitur ab aversione a Deo distinctione includentis ab incluso.

60 Dices primo. Hae formalitates possunt praescindi adaequate et mutuo, quae habent connotata adaequate distincta; sed conversio ad rem creatam et aversio a Deo habent connotata adaequate distincta: ergo possunt adaequate et mutuo praescindi. Probatur minor: quia conversio ad rem creatam habet pro connotato rem creatam; et aversio ipsum Deum; sed Deus et res creata adaequate distinguuntur: ergo. = Nego minorem. Ad probationem distinguo maiorem quoad 2am partem: et aversio habet pro connotato Deum formaliter, nego maiorem; Deum et rem creatam, concedo maiorem. Conversio ad rem creatam utique habet pro connotato rem creatam formaliter, et ideo praescindi potest ab aversione; at vero aversio a Deo cum essentialiter involvat amplexum rei prohibitae, neque alio modo intelligi potest aversio a Deo, habet etiam pro connotato ipsam rem prohibitam, quae est res creata.

20.

61 Sit 3.ª delucidatio. supposita distinctione inter auersionem a Deo et conuersionem ad rem creatam; magis mala est auersio a Deo quam conuersio ad rem creatam. Probatur: quia magis malum est auerti et separari a summo bono, quam conuerti et coniungi rei creatae supposito, quod haec duo distinguantur. Ergo ea distinctione supposita magis mala est auersio a Deo quam conuersio ad rem creatam. Antecedens constat: quia nihil potest esse magis malum quam auersio ab ultimo fine, et summo bono; et malitia conuersionis ad rem creatam petitur, quia infert eam auersionem.

62 Dices contra. Grauitas peccati stat in eo, quod quis amplectatur obiectum malum et prohibitum; ideo maius peccatum est, quod amplectitur obiectum magis malum: ergo grauitas peccati stat in conuersione ad rem malam et prohibitam: ergo conuersio ad rem malam et prohibitam magis mala est. = Distinguo antecedens: grauitas peccati stat partialiter in eo, quod quis amplectatur obiectum malum, nego antecedens; et in eo quod amplectens tale obiectum non auertatur ab ultimo fine, concedo antecedens. Certum est, quod prosecutio rei illicitae reddit operationem malam, et consequenter obiectum magis illicitum reddit magis malam; certum in hoc sensu est, a quo grauitas prouenit; immo communiter dicitur, quod grauitas peccati prouenit a grauitate personae offensae: concedimus ergo malitiam ab utroque prouenire, et deinde auerimus ex supplicio illo malo maius malum esse auersionem a Deo obligatione data in nostra probatione.

CAP.^t II.^m

Aliae formalitates auersionis a Deo.

63 In auersione a Deo reperiri possunt plures formalitates malitiae, de quibus dubitari potest, utrum omnes, et in omni peccato necessario inueniantur. Potest enim considerari auersio a Deo ut summo bono; et haec erit malitia contra charitatem: tum ut legislatore seu superiore; et haec erit malitia inobedientiae; tum ut benefactore et haec erit malitia ingratitudinis; tum ut supremo domino, et haec erit malitia irreuerentiae; tum ut ratione dignioris et haec erit malitia superbiae. De his omnibus quaeritur: utrum formalitates istae tanquam formalitates methaphisicae in omni omnino peccato reperiantur?

Huic interrogationi per sequentia dicta respondemus.

64 Dico 1º In omni peccato dari malitiam contra charitatem, cum modo tamen contra charitatem quae divina charitate ... Ita plures cum P. Coninck de charitate disp. ... contra P. Oviedo de peccatis controv. 2ª. Probatur 1ª pars, quia charitas Dei exigit ne aliquid fiat illi offensivum quo iusta causa quaerelae et aversionis illi detur; sed per peccatum aliquid fit Deo offensivum, quo iusta causa quaerelae et aversionis illi datur: ergo per peccatum aliquid fit contra charitatem Dei. Probatur 2ª pars: quia contra charitatem proximi agit, qui aliquid agit in gravem damnum corporis; sed maius damnum infertur proximo per peccatum, utpote damnum spirituale animae: ergo peccatum etiam est contra proximi charitatem.

65 Dico 2º In omni peccato dari malitiam ingratitudinis in Deum. Ita P. Lessius de iustitia lib. 2º cap. 45 contra citatum Oviedo. Probatur: quia dubitari non potest esse ingratitudinem offendere benefactorem et ... illum offendere dum actualiter beneficia ab eo accipit offendens; imo quae beneficia ... ad illum offendendum; sed hoc facit peccator dum sua libertate suisque donis ... utitur ad offendendum Deum per peccatum: ergo.

66 Dico 3º In omni peccato dari malitiam irreverentiae, cum irreligionis in Deum in latitudine. Probatur: quia irreverentia est in dominum illum offendere ad eius praesentiam; sed omne peccatum committitur ad praesentiam Dei: ergo in omni peccato datur irreverentia in Deum. Idque hujusmodi irreverentia stricte, seu lata talis sit postea videbimus, dum de iniustitia et iniuria in Deum agemus.

67 Dico 4º In omni peccato dari malitiam superbiae saltem virtualiter, nunc probo. Ad 1 partem venit P. Arriaga disp. 41 sec. 2 ... ad 2 P. Oviedo loco citato. Probatur 1ª pars: quia licet peccans non habeat formaliter inordinatum appetitum propriae excellentiae virtualiter et tacite sibi arripit eam excellentiam, dum suam voluntatem anteponit voluntati divinae per peccatum: ergo in omni peccato datur virtualiter malitia



supbię. = Obst 2° pars: qia iuxta comunē dfinitionē supbia ē inordina-
tus appetitus ppriæ excellentię; id nō est peccare hoc preceptū, sed
cū appetitu suæ excellentiæ. Qui intendat uoluptate aut diuitias etiam
cū dispendio ppriæ honoris; ergo nō in oī peccato dat forma malitia supbię.

68 Dico tandem. Non dat in oī peccato specialē, et rigorosa malitia
inouedientię nisi in eo qi ex otēptu pręcepti peccat: Contra præceptum
ē positu ob expediendā ouedientiā subditi, quale plures dicunt,
fuisse præceptū a Deo primis parentibus positum de nō comedendo fructu
arboris uetitæ. Quæ solucio uera ē etiā supposito qd oē peccatū heat
latam etiā pprię rationē inouedientiæ; ex eo, qd oē peccatū, etiā illud
qd ab intrinseco malū ē, sit a Deo specialiter præcepto phibitū, qd nō pauci
negant: cæterū eo omisso solū infert in oī peccato dari inouedi-
entiā lateralē pro quātenus peccare facit contra præceptū superioris, id
nō contra ipsa uirtute ouedientiæ ut talē. Solucio iuxta PP. Suarez, Thoma
et Ouiedo contro. 2ª. Contra PP. Conincbrit. et Cardinalē de Lugo
disp. 16 de pænitentia.

69 Obst solucio: qia præceptū nō fuisse positum ad expedi-
endā ouedientiā subditi nō obligat in uirtute ouedientię, sed in uirtute ali-
cuius dictæ uirtutis: ergo peccans contra illud præceptū nō peccat contra uirtutē ouedi-
entiæ et consequenter peccatū nō trahit specialē malitiā inouedientiæ. Obstam
qia Eclesia cū præcipit ieiuniū in quadragesima nō intendit uirtutē ouedien-
tiæ, sed uirtutē temperantiæ et mortificationis: ergo præceptū nō obligat in uirtute
ouedientiæ, sed in uirtute temperantiæ. Nos uidetur certū. Si in nouo præcepto
superior intendit uirtutē ouedientiæ, hunc dicendus, dari malitiā
inouedientiæ, in eius transgressione: cæterū id difficile probabit.

70 Dico contra 1°.
Ad otrahendā malitiā inouedientiæ sufficit cognoscere obligationē ouedi-
endi præcepto superioris, licet id fiat sine motiuo, et contemptu ouedientiæ: sicut
ad otrahendā malitiā sacrilegii nō necesse, qd fiat ex motiuo, et contemptu

rei sacrae, dum modo fiat sub ratione violationis rei sacrae, id non ipso peccato dat. Et cognoscit obligationem oediendi praecepto superioris, sine ipso peccato dat specialis malitia inoediencie.

71 Dico mo: ad contrahendam malitiam inoedientiae sufficit cognoscere obligationem oediendi intemptam a praecepto, secundo majorem non intemptam a praecepto non majorem. Dico etiam minor: id non ipso peccato dat et cognoscit obligationem oediendi ratione obligationis oediendi, intentae a praecepto non minus; ratione alterius virtutis intentae a praecepto secundo minus. Solutio patet ex dictis uerum, quod ad contrahendam malitiam aliquam in peccato non est necesse fx intendere ipsam malitiam, atque adeo qui habet uotum castitatis peccans contra castitatem, licet fx non intendat malitiam sacrilegii, id propterea delectationem, contrahit malitiam sacrilegii; ceterum id evenit, quia uotum obligat in virtute religionis, et ideo peccans contra uotum habet malitiam sacrilegii contra religionem: atque quodlibet praeceptum, ut praeceptum ieiunii in quadragesima non obligat in virtute oedientiae, sed in virtute temperantiae et mortificationis atque adeo contra illum peccans praecise peccat contra temperantiam et mortificationem. &c

72 Instas, sicuti emittat uotum castitatis praecise ex motivo castitatis, et non ex motivo religionis, peccans contra tale uotum non potest spoliari malitia sacrilegii: sed licet praeceptum imponitur praecise ex motivo temperantiae, peccans contra tale praeceptum non poterit spoliari malitia inoedientiae. Nego: quia licet emittens uotum non intendat virtutem religionis, ipsum uotum respicit virtutem religionis, quia aliud est finis operationis, et aliud potest finis operantis, ut auditio missae iure respicit virtutem religionis, et nihilominus potest quis velle audire causa obloquendi amicis in ecclesia. Itaque uotum iure respicit religionem, neque hoc iure spoliari potest ab emittente uotum: ieiunium vero iure temperantiam respicit et non oedientiam; et cum praeceptum ab ipso imponente praeceptum non respiciat alium finem, peccans contra tale praeceptum ieiunii malitiam intemperantiae, non vero inoedientiae habebit.

73 Dices 2.° contra priorem resolutionem: si quodlibet peccatum habe=ret tot illas malitias contra charitatem, contra reverentiam &, teneret poenitens in confessione eas explicare, atque quando committit peccatum, ... teneret addere se peccasse contra charitatem, contra reverentiam &, sicut tenetur sacerdos, qui contra castitatem peccavit explicare maliciam sacrilegii contra votum; sed hoc est contra communem Ecclesiae praxim, ergo. = Nego maiorem: quia malitias communes omni peccato non est necesse explicare in confessione, quia supponit eas iam scire confessor: sicut si sacerdos cognitus est confessori, non habet necessitatem explicandi circumstan=tiam voti in peccato contra castitatem, quia supponitur ea malitia sacrilegii iam cognita confessori.

74 Dices 3.° Si in quolibet peccato darentur illae omnes malitiae, distinguerentur formaliter inter se; sed distingui non possunt formaliter, ergo. Probatur minor: quia ad hoc ut formalitates distin=guantur inter se debent referri ad diversa connotata; sed illae malitiae ad unicum idem connotatum referuntur. Ergo. Probatur minor: quia illae malitiae referuntur ad Deum tum ut bonum, tum ut dominum &; sed Deus ut bonum, et ut Dominus & est unicum idem Deus; ergo est unicum idem connotatum.

75 Varii huic argumento respondere solent. Aliqui respondent, omnes illas formalitates malitiae admutuo se includi. Alii respondent distingui ex eo quod inter se non est abstractio metaphysica malitiae peccati, quam omnes illae formalitates includunt formaliter. = Caeterum mutuam inclusionem duorum praedicatorum nunquam concipere potui, quia inclusio mutua duorum praedicatorum dicit et vult, quod hoc praedicatum adaequate et ut totum, quod dicit id, entitative identificet se cum illo, et vicissim illud identificet se cum hoc; sed implicat in terminis, quod hoc praedicatum adaequate, et ut totum quod dicit sit idem secum illo et nihilominus ab illo se distinguat, et vicissim id ut se totum sit idem secum hoc, et nihilominus ab hoc distinguat: inclusio enim haec duo dicit, et identitatem, et distinctionem; ergo non explicat mutuam inclusionem formalem duorum praedicatorum. = Deinde, neque capere possunt, quod passiones subsequentes ad essentiam inclu=dant principia essentiae ut totum quod dicunt tales, itaut de nihil disciplinae possit in passione, quod non sit in essentia, quia id, quod adaequate, et ut totum quod dicit includi

fr essa eidē fr adequate ejus essa; sed id, qd adequate ē et tota est qd dici-
idz, et necessario ñ e possit emanans ab essa, sed potius est fr ipsa essa. Ergo neque fr ibi ites
malitiae possunt includere fr ipsa essa malitiae.

76 Resp. ad argum. negando mi:
Ad probationem omissa maiori, quia in extrapluribus sufficit additione diversor. predicato-
rum, qd ratio tota earum fr distinguant sicut distinguunt illa predicata divina bonitatis,
dominii &c. negando mi: ad probationem distinguo ma: o. ejus illae malitiae referunt
ad Deum ut bonum, vel dominum specificative tale nego ma: reduplicative ut tale
concedo ma: distinguo mi: id Deus ut bonus et ut Dominus specificative est idem
Deus: concedo mi: reduplicative ut bonus et ut Deus est idem Deus nego mi:
Deus reduplicative ut bonus involvit amorem cuius eius bonitas dignatur: et
ut reduplicative Deus involvit creaturas supra quas habet dominium, et sic
de aliquibus; unde ea ratio tota saltem inadequate ra distinguunt.

CAP.t III.m

De peccato prout offensa Dei.

77 Supponendum est 1.o quid dicit offensam, et statuendo offensam esse actio, vel omissio
tribuens alteri rationabilem et iustam causam displicentiae, ex quo fit, ad rationem
offensae duo requiri; 1.m, qd offendens ponat actionem, vel omissionem displicentem
alteri. 2.m, qd persona offensa habeat titulum ratione cuius rationabiliter conqueri possit
et indignari contra offendentem: ut si quis ab amico petat aliquid quo valde
indiget, et qd amicus praestare facile pot, et hic illi neget, habetur offensa
offensa: quia illa negatio est quid amico displicens, et habet titulum conquerendi,
scilicet amicitiam: qd si idipsum peteret ab alio, qui eius amicus non sit, et ille ne-
garit, non erit offensa, quia licet sit tali negatio quid illi displicens, non
habet titulum aliquem, ratione cuius iuste conqueri, aut indignari possit contra
illum.

78 Supponendum est 2.o qd si talis titulus sit debitum ex iustitia, tunc talis
actio, vel omissio ultra erit offensa, etiam iniuria, et iniustitia: ut si quis
negaret alteri pecuniam ex contractu debitam, aut aliquid faceret contra eius

debitum honorem, illum infamando etc.: unde iniuria et iniustitia includit offensam, offensa autem potest esse sine iniustitia. Alii vero indicant hunc usque explicatam posse esse offensam late sumptam; dicunt quod stricta et rigorosa offensa idem omnino esse cum iniuria et iniustitia, atque adeo posse dari offensam strictam quando titulus fundatur ratione displicentiae sine debitum iniustitiae; caeterum quidquid sit de hoc, sit difficultas praesens solum inquirit de ratione offensae prout primo explicata, scilicet de offensa saltem lata: quia de ratione iniuriae et iniustitiae reperta in peccato postea dicendum.

Supponendum est primo quod offensa potest
79 esse vel formalis vel materialis: offensa formalis est quando actio vel omissio offensiva ponit subiectionem personae offensae: offensa materialis est quando ponit sine cognitione, aut sine ulla advertentia personae offensae, licet cognoscat malitiam actionis vel omissionis: et hoc modo erit offensa peccatum philosophicum, scilicet commissum ab homine invincibiliter ignorante Deum. Adverte offensa materialis explicite potest intelligi in peccato, vel materialis respectu peccatoris, vel materialis respectu Dei offensi et displicentis: erit offensa materialis respectu peccatoris, quando peccator omnino ignorat Deum, ac proinde non cognoscit illam esse offensam contra Deum; poterit tamen adhuc esse offensa formalis respectu Dei, quatenus Deus cognoscat malitiam peccati, et ideo displiceat sibi in illo.

Dico 1.o Omni pec-
80 cato datur offensa Dei saltem materialis. Hanc conclusionem adeo certam censet P. Quirós tractatu 6 disputatione [illegible] ut dicat esse de fide. Probatur: quia offensa Dei saltem materialis nihil aliud est nisi quod reperiatur actio vel omissio aliquid Deo displicens, ergo quod respectu Dei datur titulus indignandi contra saltem operantem, sive id a peccatore cognoscatur, sive non cognoscatur; sed hoc reperitur datur in quolibet peccato: ergo in quolibet peccato datur offensa saltem materialis Dei. Probatur minor: quia in omni peccato datur malitia essentialis constitutiva peccati: sed quaelibet malitia est aliquid displicens Deo, et Deus reperitur habet titulum quaerendi et indignandi contra peccatorem, scilicet ac eius benefactorem, creatorem etc.: ergo totum hoc datur in quolibet peccato.

81 Dico 2º. Non omne peccatum est offensa formalis Dei ex parte peccatoris; est tamen offensa formalis ex parte Dei. Prob. 1ª pars: quia potest committi peccatum ab homine invincibiliter ignorante Deum, operando contra dictamen rationis et contra legem naturalem. Sed in tali peccato non datur offensa formalis Dei ex parte peccatoris; ergo. Maior supponitur ex communi ratione in materia de ignorantia invincibili; nec ulla videtur implicatio in eo, quod aliquis saltem per breve tempus Deum omnino ignoraret, nec notitiam ullam de Deo habeat. Minor etiam videtur certa: quia peccatum sub illa ignorantia, licet habeat malitiam consistentem in difformitate cum dictamine rectae rationis, non debet habere rationem offensae formalis ex parte peccatoris, ad quam requiritur voluntas displicendi Deo, quae nullo modo in peccatore dari potest sine cognitione Dei. — 2ª pars probatur ex dictis in explicatione conclusionis: quia ex eo, quod in omni peccato reperiatur aliquid Deo displicens, Deus illud cognoscit, et ratione eius sibi displicet; ergo est offensa formalis ex parte Dei.

82 Dico 3º. In omni peccato commisso cum cognitione Dei, seu in omni peccato theologico datur offensa formalis tam ex parte peccatoris quam ex parte Dei. Prob.: quia iuxta dicta in omni peccato reperitur offensa formalis ex parte Dei, et offensa saltem materialis ex parte peccatoris; ergo accedente cognitione Dei ex parte peccatoris, dabitur etiam offensa formalis ex parte peccatoris. Consequentia probatur: quia nihil aliud deficit ex parte peccatoris, ut illa offensa non sit formalis, sed materialis, nisi quod accedat cognitio.

83 Dices primo contra 1ª: Id quod ponitur cum fit ex permissione alicuius personae, nullo modo est offensa ex parte talis personae; et ideo histriones per scurrilia sua dicteria non offendunt principes, quia illa dicteria proferunt ex permissione principis; sed peccatum ponitur et fit ex permissione Dei; ergo peccatum non est offensa Dei. — Distinguo maiorem: id, quod ponitur ex permissione et approbatione alicuius personae, non est illius offensa, concedo maiorem; quod ponitur contra ex permissione, nego maiorem. Deus enim licet permittat peccatum, illud tamen reprobat, et in illo displicet; ideo quod potest esse illi offensa: quod non datur in principibus respectu histrionum, quia principes non solum permittunt, sed etiam approbant, et complacent in illorum dicteriis.

84 Instas. Deus pot. suspendere sua illa displicentia in peccato: Ergo tunc peccatum non erit offensa Dei. = Omissa ant. nego cons.: nam quamvis licet suspenderet displicentiam, numquam tamen haberet positivam placentiam et approbationem peccati: nam quia ad rationem offensae sufficit, quod operatio, vel omissio tribuat rationem displicendi ipsi; licet pro tunc offensa voluntarie suspendat actualem displicentiam.

85 Dices 2° Peccatum nullum damnum Deo infert; Deus est incapax faciendi aliquod damnum: Ergo non est offensa Dei. = Nego cons.: quia ad rationem offensae non requiritur damnum aliquod reuera et effective illatum, sed sufficit damnum affective illatum, idest, voluntas aliquid efficiendi, in quo rationabilem causam displicendi alteri tribuat: quod reperitur in omni peccato res Dei.

86 Rogabis 4° peccatum philosophicum, si committeretur cum ignorantia Dei, posset esse peccatum mortale, et poena aeterna dignum? Celebris haec erat difficultas inter auctores: quorum alii docebant, peccatum pure philosophicum quantumvis grave, numquam posset devenire ad malitiam mortalem excludentem gratiam, et merentem poenam aeternam, nisi haberet gravitatem participatam a Deo per offensionem. Ita Card. de Lugo de Incarnatione disp. 5 ubi pro se affert Vasquez et P.P. Lessius, Coninch, Bellar. Suarez et alios. Idemque immerito affirmat P. Oviedo de peccatis, contr. 2. Ex parte quem P. Aldrete de Incarnatione disp. 7 quatenus in hypotesi ignorantiae invincibilis Dei docet, alia esse peccata mortalia, alia venialia, licet gravia. Alii vero per docuere, esse peccatum philosophicum grave esse mortale excludens gratiam et dignum poena aeterna. Ita Caiet. et P.P. Vasquez, Salas, Tannerus et Oviedo loco citato.

87 Negoilli opinionem erat varietas, cum exurrexerunt omnes venire debent cum D. Thoma, amareque, peccatum philosophicum grave esse peccatum mortale, grauem offensam Dei excludentem gratiam et aeterna poena dignum: quia ita damnatum fuit ab Alexandro 8° die 24 Augusti anni 1690 atque haereticata fuit propositio: peccatum philosophicum quantumvis grave in illo,

qui Deum ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, id non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque eterna pena dignum. Ex cuius oppositi de ratione liquido constat, peccatum grave philosophicum esse peccatum mortale dissolvens gratiam Dei et eterna pena dignum.

88 Inferes ex dictis, quod eodem modo, atque peccatum philosophicum est offensa Dei in illo, qui in hac providentia Deum ignorat, ita in statu pure nature ante elevationem hominis ad statum supernaturalem peccatum esset offensa Dei ut auctoris supernaturalis. Probatur: quia ideo peccatum in statu pure nature non esset offensa Dei ut auctoris supernaturalis, quia in eo statu non daretur cognitio Dei ut auctoris supernaturalis; id hoc non obstat, cum licet non detur cognitio Dei, peccatum est offensa Dei: ergo. Confirmatur: quia eo ipso, quod peccatum in statu pure nature esset offensa Dei ut auctoris naturalis dissolvens amicitiam cum Deo ut auctore naturali; revera daretur in tali peccato, in quo Deus ut auctor supernaturalis displiceat, et ratione cuius dissolvat amicitiam cum Deo ut auctore supernaturali. Ergo peccatum in statu pure nature eodem modo erit offensa Dei ut auctoris supernaturalis atque est offensa Dei in illo, qui Deum omnino ignorat.

DISP. IIII

Utrum Peccatum sit stricta iniuria et iniustitia in Deum?

CAP. I

Mens nostra.

89 Hoc nomen iustitia usurpari solet 1° late pro eo, atque pro collectione omnium virtutum; in quo sensu loquitur Christus Matth. 5: decet nos implere omnem iustitiam: et in hoc sensu quodlibet peccatum erit iniustitia cum quodlibet peccatum sit contra aliquam virtutem. Sumitur stricte pro speciali virtute, cuius munus est servare illesum ius alienum; et in hoc sensu sumitur ex Ulpiano definiri solet iustitia, constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi: et in hoc sensu quaelibet actio alteri reddens, in eo ad quod habendum et servandum alter habet ius, ut in honore, in divitiis, etc.

erit iniustitia ex qua resultat obligatio restituendi aut satisfaciendi parti lesae. In hac 2a stricta acceptione essentialis disputatio, ubi quaerimus an omne peccatum sit rigorosa iniustitia ledens in aliquo ius divinum? Ante nostram resolutionem

90 Supponendum 1o quod eodem accipi iniustitia atque iniuria, imo et a pluribus quod eodem etiam accipit offensa stricte ut insinuavimus n.o 78: ac propterea quod eodem in sequenti hoc 3 accipienda sunt; atque adeo eadem unica erit in sequenti difficultas utrum scilicet an peccatum sit iniustitia, iniuria, et offensa Dei stricte et rigorose talis. = Supponendum est 2o iniuriam posse esse vel realem, vel personalem: iniustitia realis est, quae solum in rebus seu in bonis alterius committit: personalis est, quae in ipsam personam alterius tendit: ut qui surripit alteri 100 aureos committit iniustitiam realem qui falso testimonio ledit famam alterius committit iniuriam personalem.

Supponendum est 3o, eandem esse difficultatem de peccato mortali atque veniali; atque adeo si peccatum mortale sit iniuria gravis Dei peccatum veniale erit iniuria levis: supponitur est contra P. Aldrete de incarnatione disp. 13 sec 3 de qua: quia peccatum [illegible] et esse peccati veniale ut mortali, solum quod differunt per gravitatem et levitatem: ergo si peccatum mortale ledat graviter Deum, et ita sit gravis iniuria Dei, peccatum veniale ledat leviter, erit quod levis iniuria Dei: sicut ex eo quod peccatum mortale sit gravis offensa Dei in alia lata, peccatum veniale est levis offensa. His suppositis.

1a sententia docet, peccatum esse strictam iniuriam iniustitiam et offensam Dei. Ita Ruiz in 4 dist 14 q 2. Et PP. Complutenses Dicastillo Wadingus cum 2 tom de incarnatione disp 4 sec 4 et disp 2a de poenitentia: = 2a sententia docet, esse strictam iniuriam in Deum. Ita Complutenses, et PP. Turrianus Mezarius Hurt. et Borgia de incarnatione disp 7 et 1o p. disp 83. = 3a sententia docet, non omne peccatum esse strictam iniuriam in Deum; esse vero aliqua peccata habentia rationem strictae iniuriae, sicut peccatum [illegible]

et directe contra ipsum Deum ut blasfemia idolatria &c. ita P. P. Card. de Lugo de incarnatione disp. 5. et Rip. de ente supernali disp. 84. Cujus ratio sit [illegible]

Sit 1. conclusio. Non omne peccatum est stricta, et rigorosa iniuria Dei. Probatur 1. quia ad contrahendam malitiam rigorosae iniuriae et iniustitiae in Deum non sufficit, quod actio sit contra Dei praeceptum: ergo non omne peccatum contrahit malitiam rigorosae iniuriae et iniustitiae in Deum. Probatur antecedens: quia ad contrahendam malitiam rigorosae iniustitiae est necessarium, quod actio sit contra Deum ut dominum, eumque respiciat Deum ut dominum; sed actio potest esse contra Dei praeceptum, quin sit contra Deum ut dominum: ergo ad contrahendam malitiam rigorosae iniustitiae non sufficit quod sit contra Dei praeceptum. Maior constat: quia ratio iniuriae et iniustitiae stat in usurpanda, vel tatenda re aliena invito domino, atque adeo debet respicere alium tanquam dominum illius rei. Probatur minor: quia actio potest esse contra praeceptum, in quo praecepto Deus se exerceat solum tanquam superior, et legislator; sicut se exercet superior religionis, et gubernator reipublicae, quando aliquid praecipit suis subditis tanquam illorum superior, et non tanquam illorum dominus: ergo actio potest esse contra Dei praeceptum, quin sit contra Deum ut dominum.

94. Confirmatur, et explicatur argumentum factum: quia licet Deus sit nostrarum dominus, habeatque dominium in nostras operationes, et propterea possit illas ex iustitia exigere in suum obsequium, sicut convenit in quolibet domino, ac in servum; ceterum Deus etiam est superior, et legislator habens iurisdictionem in nostras operationes, et ideo illas praecipere potest titulo iurisdictionis, sicut quilibet superior ac suorum subditorum: unde si nostras operationes tanquam dominus exigat, peccatum utique est iniuria in Deum; sicut quilibet servus iniuriam committit in suum dominum non praestans obsequium illi debitum titulo dominii: si autem Deus solum exigat nostras operationes, illasque praecipiat solum titulo iurisdictionis, se exercens tanquam superior et legislator, in tali casu peccatum ad summum erit inobedientia, non autem iniuria; sed Deus imponens praecepta hominibus ea solum imponit titulo iurisdictionis tanquam superior et legislator; non autem titulo dominii: ergo peccatum contra talia praecepta non est iniuria in Deum. Maior patet exemplo quia si gubernator reipublicae

imponat aliquod praeceptum, ut quod omnes habitatores reipublicae tali die in foro conveniant, et aliquis servus ipsius gubernatoris non veniat in forum, talis servus non committit iniuriam, sed solum inobedientiam, sicut qui libet alius civium: quia licet gubernator habeat dominium in talem servum, ceterum quia illud praeceptum illi non imposuit tanquam illius dominus, sed tanquam superior, ideo eius transgressio non est debita titulo dominii: sed sic licet Deus habeat dominium in hominem tanquam in servum, si praeceptum imponat titulo dominii, sed solum titulo iurisdictionis, transgressio talis praecepti non erit iniuria.

95 Sed Deus praecepta imponat solo titulo iurisdictionis: probatur 1°. quia nesitas, ea impossibilia tanquam dominus exigens obedientiam ex iustitia; qui indubie praesumendum Deum maiori modo possibili velle nos praeceptis obligare. 2°. quia praecepta Dei, quae praecepta Dei sunt solum habent rationem legis, neque ad obligandum alio praedicato indigent; sed lex solum, quae lex exigit provenire a superiori, seu legislatore non a domino, ut domino: sed praecepta Dei proveniunt a Deo solum tanquam legislatore, et consequenter solum titulo iurisdictionis.

96 Probatur 2° conclusio: quia multi peccata committunt, qui non cognoscant, aut advertant, facere contra obligationem debitam ex iustitia Deo; sed horum peccata non habent rationem iniuriae aut iniustitiae in Deum: sed non omnia peccata habent rationem iniuriae aut iniustitiae in Deum. Maior indubitata videtur, neque ulla implicatio apparet in eo quod aliquis ignoret, Deum ex iustitia obligare ad servanda sua praecepta, etiam casu quo id verum esset. Probatur minor: quia nulla ratio malitiae reperiri debet in peccato, nisi praecognoscatur ab ipso peccatore: sed peccata illorum, qui ignorant illam rationem iniustitiae habere non possunt rationem iniustitiae. Minor patet: quia quod non cognoscit non potest dici quod est volitum neque libere consequenter a voluntate.

97 Confirmatur: quia potest quis se accommodando sic advertenti, peccatum non habere rationem strictae iniuriae in Deum, habere dictamen conscientiae practice iudicantis in peccato non dari malitiam iniuriae strictae; sed eo ipso, licet peccatum committat non contrahet rationem iniuriae strictae: sed potest dari peccatum non habens rationem

stricte iniuriæ. Atq[ue] hæc est ratio, qua fundat incerta esse magni doctrina in materia de iniuria, quod nulla actio, aut omissio pot[est] habere illam bonitatem aut malitiam, quæ cognita non sit, et sit a uoluntate, quia nihil uolitum, quin præcognitum.

98. Sit 2ª dicto. Aliqua sunt peccata, quæ sunt rigorosa et stricta iniuria in Deum. Probatur quia cum Deus sit dominus creaturarum, habens in eas dominium, sicut quilibet dominus in suos seruos pot[est] uti hoc suo dominio, et illius titulo exigere a creaturis aliqua obsequia, quæ si non reddant, homo ea non reddens erit iniurius et iniustus, ut patet negans Deo exigenti quod suum est; sicut iniurius et iniustus est seruus negans suo domino obsequia illi debita: ergo dari pot[est] peccatum habens rationem strictæ iniuriæ et iniustitiæ in Deum.

99. Confirmatur 1º quia homo debet ex iustitia Deo honorem præstare, uel saltem ex iustitia debet illum non inhonorare aut contemnere, sicut quilibet subditus suo supremo principi ad id ex iustitia tenetur, principi[que] habet ius in sibi debitum honorem ab inferioribus præstandum: ergo si homo peccatum committat ex formali contemptu Dei intendendo illum non honorare, uel blasfemias in Deum proferat, eiusque imaginem ex contemptu conculcaret, cultum, qui illi debitus est, denegaret, illumque alicui creaturæ præstaret; committeret in tali peccato strictam rationem iniuriæ, et iniustitiæ in Deum. — Confirmatur 2º quia usurpare alicui id, quod suum est stricta iniuria in illum committere: ergo qui usurparet Deo id, quod proprium Dei est, strictam iniuriam in Deum committeret: ergo qui sibi, uel alteri creaturæ diuinitatem tribueret adorationem, et cultum efficaciter uellet, quod est proprium Dei, strictam iniuriam in Deum committeret.

100. Inferes ex dictis: quod licet non per omne peccatum sit iniuria, nec [sit] iniustitia stricta in Deum, nihilominus homo obligatus manet ad satisfaciendum Deo pro peccato, tunc etiam si sit ex iustitia, siue quomodocumque meriti; quia licet non omne peccatum sit ex stricta iniuria et iniuria lata, et offensa in Deum modo dicto a num. 77. Ex eadem ratione dicitur, quod Christus condigne satisfecit, imo et superabundanter pro hominum peccatis, quia condignitatem merita hominum habere non possunt; ex quo similiter bene adhuc stat, quod in materia incarnationis communiter defendit,

incarnationem. Ubi dixi necessariam fuisse ad satisfaciendum Deo condigne pro hominum peccatis; ad cujus veritatem parum facit quod ea satisfactio sit ex stricto rigore justitiae, ut plures volunt cum Em.mo Lugo ... vel quomodum meritis condigni ut alii defendunt cum P. Barges cap. 2 argu. opposita

CAP. II.

Argumenta opposita.

101 Opponit 1.o contra 1.am solutionem Deus injungit praecepta ut dominus et ideo exercens suum dominium: ergo qui contra praecepta divina facit, contra justitiam facit: sicut servus non praestans obsequia suo domino debita. Probatur ex illo Exodi cap. 20 ubi ad promulganda Decalogi praecepta ita Deus praedixit: ego sum dominus Deus tuus. = Et praeterea alii sacrae scripturae loci, ubi homo in praestandis obsequiis Deo dicitur se exercere tanquam servum erga Deum tanquam suum Dominum. Lucae cap. 17 cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis. Dicite: servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus, et psalmo 31 peccatum clare dicit injustitiam. Dixi confitebor adversum me injustitiam meam domino: ergo ex sacra scriptura omne peccatum continet injustitiam in Deum.

102 Ad argumentum nomine. Ad probationem vero, quod licet Deus dum Decalogi praecepta promulgat se dominum manifestat idque, quia titulo dominii eorum imponit praecepta, id ad manifestandum hominibus suum supremum dominium quo vires exerceat cui cujus potentia ad infligendas poenas violatoribus praeceptorum violatoribus ut hoc timore a terris peccato arceant juxta illud Malachiae 1.o Si Dominus ego sum ubi est timor meus: = Ad auctoritatem contra nos vero negamus indicare homines tanquam servos se exercere in adimpletione praeceptorum. Sed quod licet praecipue se exerceant tanquam subditi attamen revera esse servos Dei et quidem inutiles ut pote in nullum bonum per adimpletionem praeceptorum Deo adducere possint, id sibi ipsis. = Ad 2.am auctoritatem vero per injustitiam debere ibi intelligi sicut in pluribus aliis locis dicitur vero injustitia late accepta quatenus peccatum contra ... tegit

latore summe boni, adeoque offendendum nullum eius nullam reparationem
vera habere pot.

103 Opponit 2° usus rei alienae invito domino contra
Domini voluntatem est iniustia. sed in omni peccato datur usus rei propriae Dei
contra illius voluntatem: ergo omne peccatum est iniustia in Deum. Probatur minor quia
in omni peccato datur usus libertatis et plurium aliarum rerum quae cum rigo-
rore sunt propria ipsius Dei, eo quod eorum ultimum invito Deo et contra illius
voluntatem: ergo in omni peccato datur usus rei propriae Dei contra illius volun-
tatem.

104 Distinguo minorem; sed in omni peccato datur usus rei propriae Dei contra volun-
tatem Dei se exercentis ut domini, nego minorem; se exercentis ut legisla-
toris, concedo minorem. Ad probationem distinguendum est antecedentem. Solutio constat ex
n° 94 in exemplo ibi posito de gubernatore reipublicae qui revera habet
dominium supra suos servos et eorum usus libertatis servi propriis
sui domini; et nihilominus quia servus utitur sua libertate contra praeceptum
propositum a domino prout se tanquam gubernatore: quia tunc licet utatur li-
bertate contra voluntatem sui domini, ceterum non contra voluntatem domini
se exercentis ut domini, sed prout se exercentis ut gubernatoris; sic
licet revera homo utatur libertate quae propria Dei est, ceterum quia accidit
in operatione nostra usus Deum non se exercet tanquam dominum sed prout tanquam
legislator, ideo non evadit iniustia talis operatio.

105 Opponit 3°: omne peccatum
est irreverentia in Deum; sed omnis irreverentia in Deum est stricta iniuria in Deum:
ergo maior constat: quia offensa Dei facta in eius conspectu est irreverentia debitam
supremo principi. Probatur minor: quia irreverentia in Deum est inhonoratio Dei; sed
inhonoratio Dei est iniuria in Deum: tenemur enim ex iustitia tribuere saltem non
auferre reverentiam supremo principi debitam. Confirmatur = Si ipsum quis per quemlibet
coram principe creato pararet homicidium rigorose ab ipso principe prohi-
bitum, gravem iniuriam committeret contra talem principem, esset enim quidem illius contemptus,
ergo homo coram Deo committens peccata quae rigorose ab ipso Deo prohibita sunt, committit

iniuria committit in Deum.

106 Disting. maj: omne peccatum est irreverentia in Deum stricte talis nego maj. late talis concedo maj. Sed licet diligendo contra bonum uerbo solum infert omne peccatum esse iniuriam saltem latam, sicut est irreverentia saltem lata, sed adhoc ut peccatum esset irreverentia et inhonoratio Dei stricte talis necesse erat, quod Deus clare et intuitive praesens esset peccatori, ab illoque uideretur; unde si beatus peccaret, eius peccatum esset stricta irreverentia, ut potens miserum ad clarum et intuitivum Dei praesentiam: et propter hanc rationem offensam principi illatam adeius praesentiam, quale est homicidium in argutio allato esset stricta irreverentia, quia princeps clare et intuitive praesens est. Ex ratio huiusque: quia obscura et abstractiva cognitio quidem habita de praesentia Dei facit, quod creatura non ualde exuberat, et quod se habeat tanquam si Deus praesens esset: illaque fides solum facit, quod peccatum sit irreverentia saltem lata, ut diximus N.° 66.

107 Opponitur 4. Per quodlibet peccatum uiolat ius, quod Deus habet, ut omnes illi subiiciamur; sed actio, per quam uiolat ius alterius est iniuria stricta in illum: ergo quodlibet peccatum est iniuria stricta in Deum. Disting. maj: per quodlibet peccatum uiolat ius, quod Deus habet, ut omnes subiiciamur illi per obedientiam, concedo maj; ut subiiciamur per servitutem, nego maj.

108 Licet superior ratione superioritatis et iurisdictionis habet ius ad exigendam obedientiam a subditis; ceterum tale ius sub respectu iuris sit ad obediendum et non ad serviendum, non respicit dominium, et consequenter non fundat iustitiam: ad summum solum infert, quod tale ius laesum faciat iniuriam late talem, id est offensam contra obedientiam debitam. Sic igitur qui facit contra divinum praeceptum, quia uiolat ius superioritatis, censetur facit contra ius quod Deus habet ad exigendam obedientiam titulo iurisdictionis; et ita ad summum erit iniuria late talis.

109 Opponitur 5 contra 2. conclusionem. Non datur iniustitia ubi dominus non est inuitus; sed in nullo peccato, etiam ex assignatis N.° 98 Deus inuitus: ergo neque in illis datur iniustitia. Maior doctrina communis ex Aristotele et D. Thoma. Probatur minor: quia non est inuitus, qui ait, et non impedit, quod facile impedire poterat; sed Deus

scit peccata omnia et ea non impedit, cum facile impedire possit, si vellet: ergo in nullo peccato Deus iniustus est.

110 Negamus. Ad probationem distinguo maiorem: est iniustus, qui scit, et non impedit, si impedire teneatur, concedo maiorem; si non tenetur impedire, nego maiorem. Solutio patet exemplo: si quis ad contendendum fures destinat aptam arcam, in qua divitias habet, poterat utique claudendo arcam impedire ablationem divitiarum; et nihilominus si divitias a fure rapiant, tribuerunt furtum, stricta quidem iniustitia: quid tamen potest stricta ratio iniustitiae inesse, qui scit, et non impedit, quod facile impedire poterat. Et hoc potiori iure convenit in Deo, qui non solum non tenetur impedire peccatum, sed ratione causae universalis tenetur concurrere: cum quo bene stat quod invitus concurrat, quia concurrit cum displicentia, et reprobatione peccati.

111 Opponit 6. Solum datur iniustitia, quando persona iniuriata accipit aliquod damnum in suis bonis fortunae, famae, etc.; sed Deus nullum damnum per peccatum a creatura accipere potest: ergo in nullo peccato potest dari iniustitia. Probatur minor: quia Deus in se solo independenter a creaturis ita summe felix est, ut nihil sit, quod eius summam felicitatem perturbare possit: ideo Iob cap. 35 ait: si peccaveris, quid ei nocebis? Et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ergo Deus nullum damnum per peccatum a creatura accipere potest.

112 Distinguo maiorem: solum datur iniustitia, quando persona iniuriata accipit aliquod damnum in suis bonis intrinsecis vel extrinsecis, concedo maiorem; copulative, quando damnum accipit in bonis intrinsecis, nego maiorem. Distinguo etiam minorem: Deus nullum damnum per peccatum accipere potest in bonis intrinsecis, concedo minorem; in bonis extrinsecis, nego minorem. Ad probationem eadem distinctione respondendum. Deus enim habet bona intrinseca, scilicet sua attributa, beatitudinem etc., et in his bonis nullum detrimentum pati potest a creaturis: habet etiam bona extrinseca scilicet reverentiam, laudem, et alia obsequia a creaturis praestanda, ad quae Deus ius habet, ut illi praestent; et in his laedi potest denegantibus creaturis ea obsequia

in circumstantiis qq. compensare debebat; ingo itare pot rao iniuriæ, et iniustitiæ.

113 Opponit 1.° si aliqd peccatum eet stricta iniustitia in Deo, ho talis peccatum committens maneret obligatus ad satisfacone Deo compensanda pro eo peccato; sd ho obligatus ee n. pot. ad talem satisfacone: ergo nullum peccatum pot ee iniustitia. Maior stat: qia cum iniustitia sit usurpao rei alienæ, resultat obligao satisfaciendi pro re iniuste usurpata. Probatur mi: qia nullus pot ee obligatus ad satisfactionem, quæ sibi e impossibilis; sd homini e impossibilis satisfactio pro peccato; nulla e pura creatura satisfacere Deo pot pro peccato letali iuxta communem theologorum in materia de incarnaone etc. = Distinguo mi: sd ho obligatus ee n pot ad talem satisfactionem radicaliter et in actu 1.° nego mi; ad satisfacone in actu 2.°, subdistinguo; obligatus ee n pot ad satisfacone æqualem, omitto mi; saltem ad inæqualem, nego mi.

114 Solutio ex exemplo clara fiet: si pupillus furet centum aureos, et statim consumat 50, et ita maneat non potens restituere oes 100, manet nichilominus in actu 1.° et radicaliter obligatus ad restituendum oes 100 aureos, ideo datur in domino ad exigendum totum, qd usque pot cohes totum potuerit reddere l per se l saltem per alium; alius hic et nunc et in actu 2.° absolute n tenet restituere oes 100 aureos, quia ad impossibile nemo tenet, tenet tm restituere illam partem quam pot. ita si liter, qi committit iniuriam in Deum, manet cum obligaone radicali et in actu 1.°, quam veluti conditionate tenet ad æqualem satisfacone, si eam compensare posset l per se l per alium; præterea manet obligatus ad compensandam eam partem satisfaconis quam absolute compensare pot, licet æqualis n sit, et inde bene infert denominaone strictæ iniuriæ, et iniustitiæ, qia tenetur ad nichil teneret.

115 Instas. si ho maneret obligatus ex iustitia ad satisfaciendum Deo pro tali peccato, teneret eam compensare statim post commissum peccatum; sicut qi furat rem alienam, tenet n differre restitutionem, incipit que obligao restituendi ab instanti post commissum furtum; sd ho n tenet compensare satisfacone statim post commissum

peccatu: n tenet statu ofteri, aut statu oteri. Sgte tenet ex iustitia ad talē satisfacone. = Dicgoma: si ho maneret obligatus ex iustitia ad satisfacone tenere et ea stare statu post omissum peccatum, si n sit iusta causa differendi, secdo ma, si sit iusta causa differendi noma. Semp ac dat iniustitia attenta pure ratione iniustitiae initat statu obligao satisfaciendi ceu restituendi: cetera solet aligando dari iusta causa ad inferendā satisfacone et excusandu ab obligaoe statu restituendi: quae iusta causa pot ee beneplacitu pionis iniuriatae, quae sicut pot cedere iuri suo, et n velle satisfacone, pot etia pmittere dilaone ad satisfacone: et hec causa dat in peccato, quae restat ex eo, qd eu Deus potest ipponere preceptu ofitendi aut oterendi statu post peccatu, n posuit; ac pp terea ho iuste et racoabilit pot differre cuius ad te pus statu quo preceptu ofitendi et oterendi obligat

DISP. IV

Vtrum Peccatum sit aliqua ratione infinitum?

CAP. I.

Supposita, et sententiae.

116 Difficultas quaeri quae etia in ma de incarnaoe agitari solet pcelebris e: inquiritur utrum peccatu sit malu aliqua ratione infinitu? Ad cuius resolutione supponendu e 1 questione solu ee de peccato mortali, n de veniali; qia peccatu veniale certu apd oes e n posse ee malu simpliciter infinitu; qia si ee malu simpliciter infinitu ia ee malu graue, neque infinitu pot dici leue; unde ia n ee veniale, sed mortale sicut quodlibet peccatu graue.

117 Supponendu e 2º nec ee questione de infinitate in genere fisico, ceu in genere entis: qia certo certius e, peccatu nullu habere infinitate; qia peccatu ut ee fisicu ut pote entitas creata e entitas finita et limitata: difficultas qe in genere moris, ceu in ee morali: ceu quidem, ut peccatu otineat infinita malitia in aliquo genere?

41

Etenim si aliquod genus peccati infinitatem ex persona aut ex persona pieg. identitatiua haberet, id ad proemium institutum nihil facit: Supponendum est, eamdem esse difficultatem de peccato theologico atque philosophico, de quo utrumque graue peccatum sit. Supponitur esse contra aliquorum inconuenientem rationem infinitatem in peccato philosophico, etiam ex suppositione, quod peccatum theologicum infinitatem habeat. Certum supponitur probari potest, quia peccatum philosophicum graue est peccatum mortale, grauemque offensam Dei, et dignum aeterna poena, sicut peccatum theologicum ut dictum est ex dictis a num. 87: ergo si peccatum theologicum participet rationem infinitatis, quia offensa Dei, et quia aeternam poenam meretur, etiam peccatum philosophicum graue eamdem infinitatem participabit.

118 Supponendum est, omittendum graue ambobus esse, supponendum, quod peccatum sit stricta offensa stricta et iniuria et iniustitia in Deum, ut ita maxime quaestionibus quaerendo an peccatum qua talis sit etiam strictae offensae et strictae iniuriae in Deum sit simpliciter infinitum.

119 Supponendum est, peccati cuiusque malitiam posse simpliciter considerari: Primo quatenus opponitur alicui uirtuti. Secundo quatenus opponitur Deo. Tertio quatenus meretur poenam aeternam. Malitia peccati mortalis, v.g. furti grauis opponitur uirtuti iustitiae, opponitur Deo, quem offendit, et meretur poenam aeternam: in prima consideratione malitiae non est quaestio, quia in ea consideratione certum debet esse illam malitiam non esse simpliciter infinitam; quia cum grauitatem et infinitatem non ponit peccatum aliunde participare nisi ab obiecto, et obiectum peccati in illa prima consideratione sit uirtus iustitiae, quae quid finitum est, ab illa infinitatem participare non potest. Restat ergo difficultas in complicialia consideratione, in qua peccatum uidetur respicere obiectum infinitum, scilicet Deum et poenam aeternam. Unde duplex remanet difficultas; prima: an peccatum in ratione malitiae habitae ad Deum, id est, in ratione offensae et iniuriae in Deum sit simpliciter infinitum? 2a: an peccatum in ratione demeriti et punibilitatis sit etiam simpliciter infinitum?

120 Prima

docet, esse peccatum mortale esse simpliciter infinitum tam in ratione offensae, quam

in ratione demeriti. Ita Albarez Cornexo, et communiter thomistae cum Godoy, tom. 1 in 3 parte disp. 6, et P. P. Conimbricenses, et Tapperus et Tiphanus de incarnatione disp. 4. Secunda docet, quod peccatum mortale in ratione offensae et demeriti esse simpliciter infinitum; at vero in ratione malitiae etiam ut displicentis Deo esse finitum, et limitatum. Ita Joannes a S. Thoma in 3 partem disp. 2 art. 1, et in eam inclinat P. Amicus de peccatis disp. 7 sect. 4.

121 Tertia docet quod peccatum mortale in ratione demeriti, punibilis esse simpliciter infinitum; at vero in ratione offensae, et malitiae in Deum esse simpliciter finitum, et limitatum. Ita aliqui nostri recentiores cum P. Aldrete de incarnatione disp. 4 sect. 3. Quarta docet, peccatum mortale neque in ratione malitiae, neque in ratione offensae, neque in ratione demeriti, neque sub aliqua alia in ratione esse simpliciter infinitum, sed ad summum secundum quid. Ita Schotus cum Subtili Doctore in 3 dist. 19 et P. P. Suarez, Vasquez, Oviedo, Arriaga, Tanner, et Tirsus tomo 3 theologiae scholasticae disp. 2.

CAP. II.

Nostra prima conclusio.

122 Sit prima conclusio: peccatum mortale in ratione offensae, aut iniuriae in Deum non est simpliciter infinitum. Probatur 1o: quia nihil habet caput, unde infinitas peccato conveniat etiam in ratione offensae. Ergo. Probatur antecedens: quia infinitas neque convenit a bonitate operationis rationalis voluntatis; neque a cognitione comitante malitiam; neque a utilitate personae offendentis: neque a dignitate personae offensae fundat caput, unde infinitas conveniat. Antecedens quoad omnes partes, praeter ultimam videtur evidens, quia entitas operationis; cognitio praecedens; et utilitas personae offendentis est quid finitum; finitum vero additum finito, non facit infinitum. Restat ergo probanda ultima pars, quae fundamentum oppositae sententiae est docentis, offensam crescere ex dignitate personae offensae, ac proinde, cum Deus offensus per peccatum sit persona infinite digna, infinite gravificat offensam, redditque peccatum simpliciter infinitum in ratione offensae.

~~Probatur 4. Peccatum ... ... amicitiae, ...~~

42

123 Obijcies. ans. qo ad ultimam partem: quia licet Deus ut persona offensa grauificet peccatum, illud tamen tunc grauificat, iuxtamodum applicationis factae per cognitionem, itaut, si haec applicatio seu cognitio sit perfectione finita grauificabit perfectione finite, si sit infinita, grauificabit infinite, sed applicatio facta per cognitionem peccatoris est applicatio finita: ergo perfectione finite grauificabit peccatum. Maior constat: quia cognitio creata, quatenus peccans Deum cognoscit, est finita, imperfecta, obscura, et abstractiua. Probatur maior: quia forma magis, aut minus perfecte denominat, quo magis, aut minus perfecta est eius applicatio: ergo Deus grauificabit peccatum iuxta modum applicationis factae per cognitionem. Probatur ans: quia licet humanitas Christi sanctificetur eadem sanctitate atque ipse Deus, scilicet per sanctitatem diuinam, non resultat, neque denominatur tam sancta, atque ipse Deus, ut communiter theologorum tenet; quod aliunde prouenire non potest, nisi quia licet sit eadem sanctitas applicatio ad humanitatem Christi est imperfectior, scilicet unio; applicatio uero ad ipsum Deum perfectior est, scilicet identitas: ergo forma magis, aut minus perfecte denominat, quo magis, aut minus perfecta est eius applicatio.

124 Confirmatur: quia cominus graue est peccatum; quo imperfectior est cognitio et aduertensia peccatoris: et ideo eadem manente operatione peccaminosa est minus graue, si fiat cum semiplena aduertentia. Ita minuitur eius malitia, ut euadat peccatum perfectione ueniale: ergo grauitas peccati non debet pensari ex dignitate personae offensae tantum, sed ex dignitate personae iuxta perfectionem, aut imperfectionem modum cognoscendi talem personam, modalitatem: sed modus cognoscendi Deum in peccatore nunquam est infinite clarus et perfectus: ergo grauitas offensionis nunquam erit infinita.

125 Obijcies 2°. quia peccatum ueniale est quoddam eius imperfecta cognitione et aduertentia, uel ex leuitate rei leuis, non habet, unde sit simpliciter infinitum in ratione offensae: ergo neque mortale. Probatur consequentia: quia in peccato ueniali alia omnia eadem reperiuntur praeter grauitatem materiae atque in peccato mortali; scilicet eadem cognitio, idem conatus uoluntatis, eadem uilitas personae offendentis;

ex dignitate personae offensae, ratione cujus differt a mortali; ut ex parte rei gravis, quod in peccato veniali datur materia levis parata, et in mortali materia gravis; sed materia parata non est quae facit peccatum mortale infinitum in ratione offensae; ergo si peccatum veniale non habet unde sit infinitum, plurimum infinitum, neque mortale habebit.

126 Respondetur ad adversarios, peccatum veniale non resultare infinitum, quia est incapax infinitatis; et ergo eo ipso, quod haberet infinitatem malitiae, haberet gravitatem malitiae; et valde gravis malitia illa, quae infinita est. = Sed contra 1°: ergo ita dici potest, quod persona offensa sit infinita, quin ipsa offensa sit capax infinitatis: ergo similiter potest dici de peccato mortali quod licet sit contra personam infinitam, ipsum tamen est incapax infinitatis. = Contra 2°: ergo infinitas non convenit peccato mortali a sola infinitate personae offensae; cum hoc ipsum detur in peccato veniali quin det infinitatem; sed in peccato mortali nihil aliud datur a quo infinitas convenire possit, nisi infinitas personae offensae: ergo si haec sola non sufficit ut det infinitatem in peccato mortali non datur unde infinitatem habeat.

127 Arguitur 3°. quia Deus non displicet infinite in peccato mortali: ergo non est infinitum in ratione offensae. Consequentia constat: quia infinitae offensae correspondere debet infinita displicentia; quia cum offensa sit ratio displicendi Deo, infinita offensa est ratio displicendi infinite. Probatur antecedens: quia in aliqua bona finita, et limitata, in quae Deus magis et alte non minus complacet, quam displicet in peccato mortali: ergo Deus non displicet infinite in peccato mortali. Consequentia constat: quia si complacentia est finita ratione objecti finiti, displicentia quae non est major non poterit esse infinita. Probatur antecedens: quia in martyrio alicujus sancti non minus complacet Deus in corona

gloriæ sequutæ ex martyrio quã displicet in peccato tiranni, id est corona est aliquod bonum finitum: sed aliquod bonum finitum magis Deus non minus complacet quã displicet in peccato mortali.

128 Obijcitur: quia Deus non permitteret illud peccatum tiranni, quod potest impedire, nisi magis aut saltem non minus complaceret in bono martyrij ex tali martirio sequuto, scilicet corona gloriæ, quã displicet in ipso peccato tiranni: ergo non minus complacet in corona martirij, quã displicet in peccato tiranni. Respondetur: quia offensa aut malitia peccati tiranni excederet infinite bonitatem illius coronæ ex eius permissione sequutæ, non posset bonitas infinite inferior magis movere divinam voluntatem ad suam positionem quã malitia infinite superior peccati cohibere permissionem divinam talis peccati.

129 Instatur: quia si peccatum displiceret infinite ratione rationis suæ infinitæ malitiæ peccatum mortale haberet infinitam virtutem motivam infinite quæ moveret Deum ad sui permissionem: ergo Deus nunquam permitteret peccatum. Respondetur: quia displicentia divina circa aliquam rem movet Deum ad non ponendam talem rem, sicut complacentia movet ad permittendam et ponendam. Obijcitur: quia id quod infinite movet Deum illum movet efficaciter; id est id ad quod Deus efficaciter movetur debet poni infallibiliter. Ergo si peccatum infinite moveret Deum ad sui non permissionem, Deus nunquam permitteret peccatum. Respondetur: quia non potest esse motivum inefficax quod habet infinitam virtutem motivam, et quod infinite movet. Ulterius respondetur: quia efficacia divina infallibilitatem necessitatem non.

130 Obijcitur 4º: quia si quodlibet peccatum mortale haberet infinitam rationem malitiæ aut offensæ, unum mortale non esset maius alio in ratione malitiæ aut offensæ; id hoc absurdum est: ergo. Efficacia huius argumenti aliqui nostræ sententiæ fautores reijciunt

ex eo qd a multis neget qd unu infinitum n posse ee maius alio; ueru si unu infinitum pot ee maius alio, sicut uidet in infinito hominum, ubi maius uidet ee infinitum capillorum qua infinitum eorunde hominum; poterit ob hinc unu peccatum etiam in ratione offensa ee maius alio, licet utrumq sit infinitum in ratione offensa.

131 Sed instaurat facile argum factum. 1° quia communit aduersarii plerumque theoq defendunt unu infinitum n posse ee maius alio; atque adeo contra ipsos argumentum ualebit. Ergo quidem qd unu infinitum negat ee maius alio mihi uerius uidet, ut infra docui; quia maioritas et minoritas aequalitas et inaequalitas sunt proprietates rei finite quae conuenire n possunt rei infinite; cuius ratio est quia maioritas et minoritas aequalitas et inaequalitas fundat in eo, qd res inter se comparatae habent aliquem terminum et finem iuxta quem possit aliquis facere comparationem maioritatis si excedat, minoritatis si n attingit, et aequalitatis si attingit et n excedit; sed infinitum n pot habere terminum et finem: ergo neque maioritatem aut minoritatem ad alterius infiniti.

132 Instaurat 2° argum; quia si peccatum in ratione offensa ee infinitum eo ipso ee summum, seu summe malum in ratione offensa: ergo ex eo qd peccatum sit infinitum infert n posse unu ee maius alio. Cons pt: quia licet unu infinitum posset ee maius alio, unu summum n pot ee neq maius neq minus alio summo; quia summu dicit ee oino illius lineae. Ant pt: quia ratio propter quam peccatum est infinitum, probaret etiam ee summum: sequela ant: quia ratio propter quam peccatum ee infinitum est, quia ee contra personam infinite dignam; id eodem modo ee contra personam summe dignam: etenim Deus tam infinite quam summe dignus est: ergo ratio utrumque probat.

133 Respondeo communit aduersarii respondent concedendo, oia peccata in ratione offensa ee aequalia neq in ratione offensa posse unu ee maius alio inaequalitatem quae solum dari in ratione malitiae oppositae uirtuti, cui peccatum opponit; ut odium Dei est grauissimum; et infinitum peccatum in ratione offensa atque furtum graue; ceterum in ratione malitiae oppositae uirtuti, cui talia peccata opponunt

ingratitud; tertium odium Dei maius peccatum est; quod opponit charitati, quam furtum quod opponit iustitiae.

134 Obstare quia negari non potest esse aliqua peccata aliis graviora etiam in ratione offensae contra Deum: Ergo. Probatur: quia ille qui Deum per contemnit et blasphemiam ex odio in Deum profert, sine dubio maiorem irreverentiam contra Deum committit, quam ille qui divitiarum cupidus res alterius aufert; ubi maior irreverentia in aliquam personam est maior offensa talis personae; ergo tale peccatum est maior offensa contra Deum, seu maius peccatum in ratione offensae quam furtum: Deinde; quia in hoc regeneratur esse quid maius in ratione offensae plura peccata quam unicum peccatum: eadem ratio infinitatis urget.

CAP. IIII.

Duplex alia conclusio.

135 Sit 2a conclusio. Peccatum mortale non est infinitum in ratione demeriti, aut punibilis. Probatur 1o quia si peccatum mortale esset infinitum in ratione demeriti esset dignum infinita poena, esset etiam dignum infinito odio, et infinita displicentia divina, et esset infinite displiceret Deo; sed peccatum mortale non est dignum infinito odio divino, neque displicet infinite Deo: ergo non est infinitum in ratione demeriti. Minor constat ex dictis supra a n.o 129. Probatur maior: quia si peccatum esset infinitum in ratione demeriti, esset dignum infinita poena quo causaret infinite iram, et indignationem divinam; id est quod infinite provocat iram et indignationem divinam dignum est infinito odio, et infinita displicentia divina: Ergo. Maior constat: quia indignatio, et ira divina correspondet dignitati poenae; unde dignitati poenae infinitae correspondere debet ira et indignatio infinita. Minor etiam constat: quia infinita indignatio stare non potest sine voluntate efficaci infligendi poenam infinitam seu dignum infinitum, neque voluntas efficax infligendi dignum infinitum sine displicentia infinita.

136 Confirmatur: quia dignitas infinita personae offensae si gravificat peccatum in ordine ad dignitatem infinitae poenae, eo ipso peccatum esset dignum infinito odio et infinita displicentia divina; quod ex dictis esse non potest: ergo in peccato non datur

dignitas infinita pænæ. Confirmatur a paritate: quia dignitas infinita Verbi valorantis opera meritoria Christi Domini facit, quod talia opera sint digna infinito amore et infinita complacentia remuneratoria; ergo similiter etiam quod dignitas infinita personæ offensæ, quæ gravificat peccatum in ordine ad dignitatem infinitæ pænæ, infert, tale peccatum esse dignum infinito odio, et infinita displicentia divina.

[77] Confirmatur 2.º quia si peccatum esset infinitum in ratione demeriti, sequeretur quod peccatum in ratione demeriti non esset minus satisfactione Christi Domini in ratione meriti; sed satisfactio Christi Domini major est in ratione meriti, quam nostrum peccatum in ratione demeriti, ut communiter theologi defendunt satisfactionem Christi Domini fuisse superabundantem; ergo. Probatur major: quia tota infinitas peccati in ratione demeriti conveniret a dignitate infinita personæ offensæ; sed infinitas satisfactionis Christi Domini convenit etiam a dignitate infinita personæ dignificantis, quæ persona est dignior quam persona offensa; ergo peccatum non esset minus in ratione demeriti, quam satisfactio Christi Domini in ratione meriti. Vis argumenti fundatur in doctrina oppositæ sententiæ, scilicet, quod sicut dignitas personæ offensæ gravificat peccatum, ita dignitas personæ merentis dignificat meritum: seu, quod sicut gravitas peccati desumitur a persona offensa, ita gravitas seu dignitas meriti sumitur a persona merente.

[78] Respondetur. Quod licet peccatum gravificetur a persona offensa, et meritum a persona merente; ceterum meritum Christi Domini perfectiori modo dignificatur a persona merente, quam peccatum a persona offensa: quia meritum Christi Domini dignificatur a persona divina sibi unita per intrinsecam et physicam unionem; peccatum vero gravificatur a persona divina offensa concurrente in genere objecti, et ita extrinsece, et per unionem solum moralem: unde a meliori modo habendi eam formam, aut quasi formam infinitam convenit magis perfecta denominatio: sicut in exemplo adducto posito n.º 125 de sanctitate divina, quæ magis perfecte sanctificat ipsum Deum per identitatem cum illo, quam humanitatem Christi Domini per unionem cum illa.

[79] Secundo: quia forma minus nata est praestare suam denominationem:

ingenere sue extrinsecæ tam perfecte illa perfectiones, sive phice, sive moraliter uniat subjecto denominato, ut, quia cognitio ex natura sua perfectionis objecto denominationem cogniti in genere sue extrinsecæ tam perfecte illa perfectiones pariciet per solam moralem unionem, quam per intellectum, si illum cognoscat, ut quo phice unitus, imo et sibi ipsi, si reflexe seipsum cognoscat, et sibi ipsi identificatus; sic persona offensa ex ratione talis habet gravificare peccatum in ratione objecti, seu in genere causæ extrinsecæ objectivæ: ergo æque perfectionis tam denominatione gravificandi, sive phice, sive moraliter uniretur: unde ulterius infertur, quod persona infinita tam perfecte dignificabit merita Christi per unionem phicam, cuius natura est denominare in genere suæ intrinsecæ, quam gravificabit peccatum per unionem moralem, cuius natura est denominare in genere suæ extrinsecæ.

140 Hinc patet disparitas ad paritatem allatam in responsione de sanctitate divina respectu Dei, et humanitatis Christi: quia sanctitas illa divina ex ratione talis habet denominare in genere suæ intrinsecæ, atque adeo quo perfectior fuerit intrinsecus modus participandi, perfectius denominabit: unde in peccato solum infertur, ut cuius natura sit denominare in genere suæ extrinsecæ, quod quo perfectior fuerit applicatio moralis facta per meliorem et clariorem cognitionem, gravior erit malitia peccati.

141 Dices 3.: quia peccatum mortale non meretur pœnam simpliciter infinitam: ergo in ratione demeriti non est simpliciter infinitum. Probatur antecedens: quia peccatum mortale non meretur pœnam infinite intensam: ergo non meretur pœnam simpliciter infinitam. Probatur consequentia: quia pœna solum extensive infinita, seu infinite durans, qualis est pœna inferni, non potest dici pœna simpliciter infinita, siquidem infinita duratio pœnæ, sicut dolor durans per plures dies non dicitur simpliciter major dolor, quam alius illi æqualis in intensione durans per unicum diem; sed ad summum dicetur longior, seu magis durans; et quidem duratio fere distincta est ab ipso dolore et ab ipsa pœna: ergo pœna, quæ non est intensive infinita non potest dici simpliciter infinita.

142 Confirmatur instaurando argumentum factum n.º 133: quia si quodlibet peccatum

mortale mereret pœnã simpliciter infinitã, quodlibet peccatum mortale mereret pœnã etiam summã, et consequenter omnem pœnam possibilem: quod incredibile videtur.

Probatur major: quia ideo quodlibet peccatum mereret pœnam simpliciter infinitam, quia est contra personam infinitam, qualis est Deus; idemque est contra personam summam: ergo si ex illo capite mereret pœnam simpliciter infinitam, etiam mereret pœnam summam, consequenter quod unum peccatum non merebit majorem, aut minorem pœnam, quam collectio omnium peccatorum possibilium.

143 Varie huic argumento respondent adversarii; et hoc communiter respondent omnia peccata in ratione offensæ eandem pœnam simpliciter infinitam etiam intensive mereri, licet nullum peccatum hominis a Deo puniatur; quia cum Deus sit summe misericors semper puniat ultra condignum; punit vero citra condignum; at vero in ratione malitiæ desumptæ ab objecto, et a virtute cui opponitur, mereri inæqualem pœnam, hanc majorem, illam minorem ut odium Dei, et furtum grave, licet in ratione offensæ mereantur eandem pœnam simpliciter infinitam; adhuc tamen odium Dei sub speciali ratione malitiæ contra religionem meretur majorem pœnam quam furtum consideratum etiam sub speciali ratione malitiæ contra justitiam.

144 Sed hæc responsio impugnatur eodem modo, atque responsio data num. 133. quia negari non potest quod aliqua peccata etiam sub ratione offensæ magis provocent indignationem divinam aliis: ut contemptus formalis Dei, quam furtum factum ob solam cupiditatem. = Deinde non evitant inconvenientia, quod quodlibet peccatum mereat summam pœnam possibilem, et quod unicum peccatum eandem pœnam mereat atque collectio omnium quæ absurda sunt. Respondent alii, quodlibet mortale utique mereri pœnam infinite intensam; imo   loco citato respondet, quodlibet mortale peccatum etiam si finitum sit in ratione offensæ, mereri omnem pœnam possibilem, addunt tamen quod in inferno non infligitur, neque taxatur pœna juxta meritum peccati considerati in ratione offensæ; id est sive sub ratione malitiæ desumptæ ab objecto, seu a virtute cui opponitur, seu quod idem est, quod nulla pœna correspondet rationi offensæ, id est sive rationi malitiæ sumptæ ab objecto.

145 Sed contra: quia implicat, quod pœna in inferno inflicta sive correspondeat

maliti<u>e</u> Ex parte obiecti ex malitia offense contra Deum. Ergo. Probatur ant. quia pœna in inferno inflicta debet etiam correspondere peccato, quatenus est aversio a Deo, ~~et aversio~~; sed peccatum quatenus est aversio a Deo ex ratione malitie offense in Deum: Ergo explicat, quod pœna correspondeat per se malitie ex parte obiecti ex malitia offense ex parte contra Deum. Probatur maior: quia pœna inflicta in inferno est, et pœna sensus, et pœna damni: et pœna sensus correspondet peccato quatenus peccatum est conversio ad creaturas, et pœna damni correspondet peccato quatenus peccatum est aversio a Deo, ut communiter dicunt theologi ex D. Thoma: Ergo pœna inflicta in inferno debet etiam correspondere peccato, quatenus peccatum est aversio a Deo.

146 Respondent aliqui Recentiores ad rationem infinitatis in ratione demeriti et punibilitatis sufficere, quod peccatum mereatur pœnam æternam seu in æternum duraturam: quia eo ipso verificatur esse pœnam simpliciter infinitam: quod probant, quia pœna magis durans est pœna simpliciter maior, quam pœna minus durans: Ergo pœna infinite durans est pœna simpliciter infinita. — Huic rationi respondet P. Oviedo, negando quod peccatum per se mereatur pœnam æternam, seu in æternum duraturam: docetque quod peccatum mortale punitur in æternum per accidens, scilicet quia in inferno peccatum numquam remittitur, unde in æternum durat: cumque pœna debeat durare, dum peccatum durat, ideo pœna similiter in æternum durat: sicut peccatum veniale iuxta communiorem sententiam punitur etiam in inferno pœna æterna, quia licet per se non mereatur æternitatem pœnæ, debet tamen pœna durare, dum veniale durat; cum ergo veniale in damnatis duret in æternum, inde eius pœna per accidens durat etiam in æternum.

147 Sed quidquid sit de æternitate pœnæ, sive correspondeat peccato per se, sive per accidens, contra est: quia duratio infinita pœnæ non est infinita pœna simpliciter, quia distinguitur pœna ab ipsa duratione pœnæ, ut constat ex n.° 145; quodque pœna magis durans dicatur pœna simpliciter maior; ac consequenter infinite durans dicatur simpliciter infinita; potest imprimis negari; quia licet in vulgari et lato sensu pœna magis durans, dicatur maior pœna; sed simpliciter, et rigorose non debet dici maior, sed longior, ut constat in exemplo ibi posito de dolore ~~et~~ durante per plures

dicere quin dicit ii, plus mora, qua alius dolor illi equalis durans per unicum diem, deinde quia maior duratio pœnæ ad maiorem erit maior pœna æterna sive in genere successivo, nunquam pœna successiva pœna aut [illegible] successiva ad ii [illegible] potest dici infinita. Ergo quod sicut subiectum habens unicum gradum caloris per æternitatem seu unicum gradum albedinis, non dicitur simpliciter, et in rigore habere infinitum calorem, aut infinitam albedinem, neque esse simpliciter infinite calidum, aut infinite album, sed adiungimus [illegible] quod.

148 Dices 2.º quia opera hominis iusti meritoria vitæ æternæ merentur præmia infinita durationis, [illegible] in æterna duratione, atque eadem ratione pœna peccati in inferno; sed opera hominis iusti meritoria vitæ æternæ non sunt simpliciter infinita in ratione meriti, aut [illegible] solum habuit meritum Christus: ergo peccatum e contra, quod meretur pœnam æternam, non debet dici simpliciter infinitum in ratione [illegible] ex parte [illegible]. — [illegible] dicas, opera hominis iusti meritoria gloriæ sed duratio æterna, vel gloriæ quæ æterna duratio liberaliter a Deo [illegible] dicitur a [illegible] intelligentia meritoria. Dicitur [illegible] gloria, [illegible] Dei involvit seu æternitatem durationis, [illegible] gloria [illegible] acquisita potestatem [illegible] æternitatem [illegible] meriti [illegible] durationis æternæ [illegible].

149 Sit 3. [illegible] Peccatum mortale est infinitum [illegible] in ratione offensæ, [illegible] demeriti [illegible] [illegible] infinitum, [illegible] in ratione [illegible]; [illegible] infinitum [illegible] Probatur [illegible] peccati [illegible] offensæ [illegible] infinitæ [illegible] dignitatis, [illegible] infinitum [illegible] infinitum [illegible] pœnam [illegible] finita [illegible] infinita [illegible] aliud est [illegible] infinitum, [illegible] ad Deum [illegible] [illegible] pœna

successive infinita a parte post, et digne pœna, quæ habet durationem infinitam,
et ita ipsa pœna non est infinita rigore, sed eius duratio.

150 Confirmatur selectio et omnes præcedentes selectiones roborantur ex D. Thoma 3. p. q. 1. a. 2. ad 2, ubi ait: peccatum contra Deum commissum quandam infinitatem habet ex infinitate divinæ maiestatis: Unde duo inferuntur: et quod peccatum habet infinitatem saltem quid, et quod non habet infinitatem simpliciter talem: quia si infinitatem simpliciter talem haberet, non illam explicaret cum illo addito quandam, sed absolute diceret, habere infinitatem. Adde tandem notandum eodem modo posse dici, nostra opera meritoria esse etiam infinita, cum non in ratione bonitatis quæ Deum, et in ratione meriti: eadem enim ratio de peccato atque de merito: capit argumenta contraria.

CAP. IV

Argumenta contraria

151 Opponitur 1o. Si dico peccatum licet in ratione personæ infinitum, non esse infinitum in ratione offensæ, quia illa ... infinitum et limitatum, sed maligna potestas commissa sub conditione finita et limitata quæ habeant gravitatem infinitam. Sed ... multiplicitur ... ductum opinione contraria committeret peccatum sub conditione quæ indicaret peccatum habere infinitam malitiam, tale peccatum infinitam malitiam haberet, cum peccata ea malitia contrahant, quæ ponit ... 2o. ... habent voluntatem committendi infinita peccata ... infinita ... ut ... infinita ... qui ... Christi a Iudæis ... sub conditione ... Deus habuit infinitam malitiam ... infinitam ... peccata sub conditione finita et limitata ... in peccata infinita malitia, licet applicatur ... infinita et limitata. Negamus ... ad ... partem, et dicimus 2o. peccata

152 contrahunt eam malitiam, quam ponit ... immediate ...

talis oppositionis, concedo; juxta oppositionem nudam, nego. Resolutio patet
quia per inventiam opponatur alicui gravitas omissionis, ceteris itaque paribus
supponi debet, cum plena advertentia tale homicidium venit peccatum grave
in specie veniale, non alia de causa nisi quia ad hoc ut peccatum contrahat
gravitatem malitiae non sufficit, quod utique opponatur gravitas, sed quia
attendi debet modus, quo talis gravitas opponitur: ita similiter ad hoc
ut peccatum contrahat infinitam malitiam non sufficit, quod quis indicet, imo
peccato dari infinitam malitiam, sed quod opponat eam infinitam per oppositionem
infinite perfectam et claram, quod nunquam in creatura evenit.

152 Ad 2am probationem
nam 1am et 2am partem; nego illa voluntas committendi infinita peccata
aequivalet infinito peccato: quia illa voluntas non procedit ex cognitione
clara et qui revera committeret singula illa infinita peccata
...

153 ...

154 ...

54

omitto aut. Omittit qd in moralibus subsistere debeat tanquam fera gravis pec-

catum, qua plures id reddunt totum dubium, alii fera intrinseca non dubito,

aut fera extrinseca et quomodo obiectum inveniens ... Ceterum eo omnino, salvum

potentia subsistere intrinsece in eo obi qualitatis divinit Deus ac peccatum,

poterit gravissima esse nisi iuxta modum applicationis considerationem modo dicto n. 135

Deus qd Deus se habeat in eo obiecto applicatum finito modo, finito modo debet gravissi-

ma peccatum. Ultimo nota illud prologium inveniri in Arile eo modo quo ab adver-

sariis ... Aristoteles 1 Ethic. ait loco citato qd honor magis est in honorante

quam in honorato, et nihil ait de offensa.

156 Opponit 3.o Peccatum meretur poenam simpli-

citer infinitam; ergo debet esse infinitum. Probatur: quia peccatum privat Deo cum privet

visione beata et etiam unione hypostatica; sed privatio boni infiniti est poena in-

finita; ergo peccatum meretur poenam infinitam. Confirmatur: quia privatio est tanto mala

quanto est bonum illud quo privat: sed peccatum privat bono infinito qualis est Deus

et privatione visionis beatae et unionis hypostaticae infinite malum.

157 Ad argumentum

... dico: peccatum privat Deo cum privet visione

beata et unione hypostatica quomodo poenam, ... ponendum reddendum nos

... qd peccatum privet visionem beatam

aut unionem hypostaticam, quia ideo non potest dici privare illo bono, ... tale bonum

... Ceterum omnino qd peccatum causet eam privationem tali ...

... poenam, ... privatione ... ratione

... impossibilitatis visionis beatae et unionis hypostaticae, ... cum

peccato reddit ... incapacem habendi ... sicut si pontifex ...

... privet pontificatu ita ut ... adornetur

... privatione ... in tali privatione ... ratione

ratione incapacitatis ... ad munus exercendum ... peccatum veniale,

158 quod ... impossibilitatem cum visione beata et cum unione hypostatica et ... mag...

... reddant eius privationem esse poenam peccati venialis, ... reddant venialia

merenti infinitam poenam et ... infinitum ...

rao in cpatibilitatẽ, ineo qd visio beata et unio hypostca raone suæ pfectionis exigunt subiectũ ita pfectũ, ut nulla macula etiã levẽ habeat.

159 Ad cfirmaonẽ no ma: qia falsũ e qd privao Dbeat ee æque mala, ƥ entis in genere moris atqe e bonũ illud quo privat: qd pt in privaone unionis hypostaticæ et visionis beatæ, qua D facto oes habemus in via, qin talis privao sit æqe mala moraliter, atqe e bona ipsa unio et ipsa visio; pt etiã in peccato veniali qd etiã privat illũ eid bonũ ut dictũ manet, qin iuxta ipsos adversarios sit æque malũ, ac iuxta ipsos n sit veniale infinite malũ.

160 Opponit 4. Peccatũ mortale excedit in sua malitia alia infinita mala: ergo e infinite malum. Coa pt: qia qd excedit id, qd infinitũ, n pot nce infinitũ. Probat ans: qia malitia peccati excedit oes pœnas, et oia dãna possibilia quæ mente cipi possunt: ergo excedit alia infinita mala. Probat ans: qia prius eligere Dbemus oes pœnas, et oia dãna etiã privaonẽ beatitudinis et unionis hypostaticæ quã peccatũ mortale, ergo qia malitia pecci eas oes pœnas et dãna possibilia excedit.

161 Disquo ans: malia pecci excedit plura alia infinita mala intensivè, nego ans; qoad ordinis superioritatẽ, ccedo ans, exemplo clara fiet solutio. Iuxta cmunẽ sãr possibiles si infinitæ species imperfectiores Angelo: unde Angelus supereminet infinitas species imperfectiores, neque inde licet inferre, qd Angelus sit infinitè pfectus, qia illæ creaturæ n sũt ab Angelo qoad intensionẽ pfeconis, sed qoad ad superioritatẽ ordinis, ide qd Angelus cstitutus e in quadã specie ordinis superioris, atque e ordo illarũ infinitarũ specierũ: Itaqe ergo in peccato venit qd excedit illa mala qoad superioritatem ordinis; qia malia D genere moris ut sit cra Deũ, e malia spiritualis animæ, si in ordine superiore, atque si mala tia et corporea, et ob talẽ superioritatẽ magis fugienda si quã alia infinita mala inferioris ordinis.

162 Opponitur 5. Peccatũ mortale e destructivũ et ablativũ infinitæ pfectionis

divinæ; etiam destruens, et auferens à Deo rationem ultimi finis; per consequens eam rationem ultimi finis in re creata; sed destructio et ablatio perfectionis summæ perfectionis est infinite malum utpote causa infiniti, imo summi mali: ergo infinite malum. = Distinguo majorem: peccatum est destructio, et ablatio effective summæ perfectionis divinæ, nego majorem; affective, omitto majorem. Peccatum ad summum erit destructio affectiva ultimi finis, id est, volens destruere et auferre quantum est ex se a Deo rationem ultimi finis; et tamen ex hoc non sequitur esse malum infinitum, quod potest e contrario in actu perfectionis qui affective retribuit Deo rationem ultimi finis ablatam per peccatum, qui tamen pœnitentia sit, aut causet aliquod bonum infinitum.

CAP. V.

Duplex aliud argumentum

167 Opponit 6. Peccatum mortale est tam malum, quam Deus est bonus; sed Deus est infinite bonus: ergo peccatum mortale est infinite malum. Probatur major explicit. 1º quia tam detestabile est peccatum atque amabilis est Deus; sicut Deus est super omnia amabilis, ita peccatum est super omnia detestabile. = 2º quia sicut Deus est summum bonum, quo majus aliud bonum excogitari non potest, ita peccatum mortale est malum quo majus excogitari non potest, neque aliud malum majus recipi potest, quod excedat malitiam peccati: ergo mortale tam malum est, quam Deus est bonus.

168 Opponit 7. quia peccatum mortale in ratione offensæ adæquat totum Deum; sed quod adæquat totum Deum infinitum est: ideo cognitio comprehensiva Dei est infinita, quia cognitio comprehensiva debet adæquare objectum: ergo peccatum mortale est infinitum. Probatur major etiam explicit. 1º quia per peccatum mortale offendit Deum quantum offendibilis est, sicut per cognitionem comprehensivam cognoscit Deum quantum cognoscibilis est: ergo peccatum mortale adæquat totum Deum, sicut illum adæquat cognitio comprehensiva. Probatur antecedens quia Deus non potest magis offendi, nisi auferendo ab eo affective rationem ultimi finis; id creatura per peccatum mortale affective affert a Deo rationem ultimi finis, ut nos ipsi diximus n° 164: ergo per peccatum mortale offendit Deum quantum offendibilis est.

165. Pbt. 2º illa eadem maior: quia peccatum mortale taliter est aversio a Deo, ut sit aversio a Deo tota et totaliter: ergo in quo non aliud excedit aversionem factam per amorem Dei perfectum, quia actus amoris Dei quantumvis perfectissimus est aversio ad Deum, id est non ad Deum totum et totaliter: quod explicatur exemplo materiali: quia quando quis derelinquit hanc civitatem avertitur ab illa tota et totaliter, id est derelinquit totam civitatem et quamlibet illius partem; secus tamen quando accedit et ingreditur civitatem, non in totam et quamlibet partem civitatis, cum non queat totam civitatem replere: similiter peccatum taliter est aversio a Deo, ut per illud homo derelinquat Deum totum et totaliter, et ita in ratione aversionis adaequet totum Deum; quin actus perfectus amoris, quo homo accedit ad Deum adaequet ipsum Deum, licet non sit aversio ad Deum totum et totaliter. = Haec maiori in latitudine, maiorique acumine contra nostram solutionem validissimum quidam Salmaticensis doctor theologus ingeniose obiicit.

166 Resp. ad argumentum negando ma.

Ad 1am eius probationem omitto, peccatum esse tam detestabile quam amabilis est Deus, et nego inde inferri peccatum esse tam malum, quam Deus est bonum: quia quodlibet malum etiam minimum detestabile est super omnia, unde etiam peccatum veniale detestabile est super omnia, quin sit tam summe et infinite malum, quam Deus est bonus: et haec dat differentiam inter bonum et malum, quod non dat obligationem prosequendi omne bonum, et ideo non tenemur amare quodlibet bonum super alia omnia; at vero dat obligationem fugiendi omne malum, et ideo quodlibet malum detestandum est super omnibus. = Poterat etiam negari id quod omisimus: quia falsum etiam est quod peccatum sit aeque detestabile, atque Deus est amabilis: quia ad hoc necessarium erat, quod peccatum esset aeque malum, atque Deus est bonus, quod falsum est; alioquin quodlibet peccatum non solum esset infinite malum, id est summe malum, sicut Deus summe bonus est, quod non facile reddi. Deinde, quia falsum est Deum in bonitate non excedere quantum aliud creatum: ergo Deus magis est amabilis, et magis bonus, quam omnia bona creata sunt bona, et quam omnia mala creata sunt mala.

167 Ad 2am probationem maioris nego, quodlibet peccatum mortale esse maius

mali excogitabiles, quia cum peccatum potest maius alio: ad secundum dubitatem habebit facta comparatione peccati cum aliis malis corporis extrinsecis et finitis; sed dat quod peccatum maius malum quam omnia mala extra et sensibilia cetera, ille excessus non stat in intensione malitiae; sed in superioritate speciei, ratione cuius malitia moralis actionum speciei quam illa alia mala modicto n.° 165.

168 Ad 3 rationem nego, quod peccatum adaequet totum Deum, quia ad hoc erat necessarium quod peccatum tenderet in Deum quo cognitum cognitione comprehensiva et perfectissima; quia cum actus voluntatis precise tendat in obiectum quo cognitum, solum adaequabit obiectum, quod adaequate perfecta et comprehensiva adaequatione quo cognitum fuerit. Ad 1 probationem distinguo ans: peccatum offendit Deum quantum offendibilis est passive, nego ans; quantum offendibilis est active, concedo ans. Quod Deus offendat quantum offendibilis est active, et quod non sit possibilis persona offendens Deum, quae magis offendat; et ita verum est, quod Deus non potest magis offendi, quam offenditur peccatum mortale, a creaturis, quia non est possibilis persona offendens Deum, quae comprehensive et perfectissime cognoscat Deum: at vero ipse Deus quantum est ex se et ab aeterna perfectione eius summa bonitate passive offendibilis est magis, salva conditionate, si daretur alia persona illum offendens, et illum cognoscens, sicut ipse seipsum cognoscit: unde si per possibile daretur alter Deus, qui peccatum aliquod committeret, tunc per tale peccatum offenderet Deum quantum offendibilis est tam active quam passive.

169 Ad 2 probationem nego, quod peccatum sit aversio a Deo toto et totaliter, quia peccatum eodem modo est aversio a Deo, atque actus contritionis et charitatis est conversio ad Deum; et quia est magna disparitas inter aversionem a Deo per peccatum atque aversionem ab hac civitate ibi inter plures allatam, disparitas est, quod aversio ab hac civitate quoad quidquid eius de ea extinguit, est aversio materialis, in qua nulla cognitio intervenire potest: at vero aversio a Deo per peccatum cum solum sit aversio affectiva et voluntaria precise erit aversio a Deo cognito, et eius modi cognitionis, cum ergo Deus non possit sit totus et totaliter cognitus, ideo aversio non erit

a Deo toto et totaliter.

170 Instas: si daretur alius Deus peccans contra hunc Deum eius peccatum esset infinitum ratione perfectissimae comprehensionis conditionis; ideo peccatum a creatura commissum e maior est gravior offensa in Deum quam esset illud peccatum a Deo commissum: ergo peccatum a creatura commissum potiori iure erit infinitum in ratione offensae. Probatur minor: quia offensa gravior quo vilior persona offendens: sed creatura est persona infinite vilior quam Deus: ergo peccatum a creatura commissum gravior quam a Deo commissum. Maior constat ex communi principio quo offensa crescit ex vilitate offendentis. Minor etiam indubitata.

171 Concessa consequentia non minus subsumptio. Ad probationem distinguo maiorem. Gravior offensa quo vilior persona offendens si cetera sint paria concedo maiorem: si cetera non sint paria nego maiorem. Verum quod gravitas offensae sumitur a vilitate personae offendentis; cetera principalius desumenda est a persona offensa; unde bene arguit quod ex duplici offensa habente eandem personam offensam eandem conditionem illa gravior offensa erit quae committitur a viliori persona: cetera quia gravitas offensae principalius desumitur a persona offensa iuxta modum conditionis modo dicto; ideo ex duplici offensa alia commissa cum perfectissima comprehensiva conditione personae infinitae, et alia conditione limitata in perfectione, licet haec conveniat viliori personae non erit gravior ut pote habens principaliorem rationem gravitatis.

172 Opponit tandem. Peccatum mortale est compensabile a pura creatura, et idem pura creatura satisfacere nequit ad aequalitatem pro peccato mortali: ergo quia peccatum est infinitum. Probatur consequentia: quia id quod finitum est compensabile est ad aequalitatem per compensationem finitam: sed quod est compensabile per compensationem finitam, est compensabile a pura creatura; neque impossibilis debet reputari pura creatura potens ponere compensationem finitam quaecumque illa sit: ergo peccatum mortale non esset infinitum si compensabile esset a pura creatura. Huius argumenti solutio pendet ex difficultate in materia de incarnatione in qua, ubi inquiritur, pure pura creatura non possit ad aequalitatem pro peccato mortali satisfacere. Cui varie respondent AA et iuxta varias eorum sententias varie praefato argumento responderi potest.

60

171 1° aliqi dicunt ideo puram creaturam non posse pro mortali ad equalitate satisfacere, quia quecumque bona opera ponerentur, creatura illa pluribus aliis titulis Deo debet, scilicet titulo creatoris, benefactoris etc.; et ad satisfaciendum ad equalitatem essentialiter requiritur quod id fiat per opus non debitum aliunde. Iuxta hanc sententiam responderi potest ad argumentum neganda maiori. Ad probationem distinguo maiorem: id quod finitum est, compensabile est ad equalitatem per compensationem finitam aliunde debitam, nego maiorem; aliunde non debitam, concedo maiorem.

172 2° alii cum P. Vasquez disp. 2 cap. 3 docent, ideo puram creaturam non posse pro mortali ad equalitatem satisfacere, quia non potest satisfacere pro omni debito contracto per peccatum; non quia potest pro tali debito satisfacere, sed quia numquam potest satisfacere pro carentia auxilii necessarii ad eliciendum opus ipsum satisfactorium; unde tale auxilium liberaliter conferendum est a Deo; atque adeo satisfactio non evadet omnino ex iustitia, cum interveniat liberalitas et misericordia divina in auferendo carentiam auxilii, que carentia erat debitum aliquod per peccatum contractum. Iuxta hanc sententiam ad argumentum responderi potest negando maiorem. Ad probationem distinguo maiorem; id est, quod est compensabile per finitam compensationem, est compensabile a pura creatura potente extinguere debitum quoad omnes eius partes, concedo maiorem; non potente extinguere debitum quoad omnes eius partes, nego maiorem.

173 3° alii cum Ximenez disp. de Incarn. docent, ideo puram creaturam non posse pro mortali ad equalitatem satisfacere, quia licet eius malitia finita sit, est tamen altioris ordinis quam quodlibet opus meritorium possibile a pura creatura; satisfactio autem equalis necessario esse debet in eodem aut superiori ordine, ut ita in bonitate equivaleat gravitati peccati: quod autem gravitas peccati sit altioris ordinis quam quodlibet opus bonum pure creature, ex eo provenit, quod gravitas offense desumitur a gravitate personae offense et vilitate personae offendentis; et ideo maior offensa est alapa irrogata principi, quam homini ordinario et maior si irrogata sit ab hoc ordinario quam si ab alio principe: at vero gravitas et valor satisfactionis desumitur e contrario, scilicet a vilitate personae cui offertur, et a dignitate personae offerentis; atque adeo maioris valoris est reverentia exhibita a principe quam ab homine ordinario

et maiorem valorem, ii competet homi ordinario quam alteri principi.

[176] Hinc fit quod peccatum maxime excessit per rationem personae offensae quae est Deus quam vilitate personae offendentis quae est creatura: et e converso opus purae creaturae maxime deficit tam a vilitate personae offerentis quam ex dignitate personae cui offertur: quae maxima distantia collocat peccatum tam in superiori ordine comparative ad opus creaturae quod numquam possit illi aequivalere neque adaequare licet ultra quam finitum sit; quae aequivalentia et adaequatio necessaria erat ad satisfactionem condignam: quod explicare solet hoc exemplo: licet infinitum et calor sint quidem finitum, adhuc in calor numquam ita crescere potest quod aequivalebat perfectionem infinitum. Et iuxta hanc sacram ad argumentum responderi potest negando maiorem et ad probationem dico maiorem quod finitum compensari a compensatione finita eiusdem aut altioris ordinis: concedo maiorem; non compensatione finita inferioris ordinis, nego maiorem.

[177] Contra hanc ultimam solutionem instabis: offensa excessit a Deo superiorem ordinem; quia in peccato debet summi ordo superioritatis a persona offensa; sed persona offensa est ordinis infiniti; ergo etiam resultabit offensa collocata in ordine infinito; et consequenter peccatum infinitum in ratione offensae. — Cessat tamen et minori substantia, et concedo: quia illa denominatio ordinis superioris comparative ad actum bonum quia praedicata gravitatis concurrunt: et quia facta comparatione peccati cum actu bono aliquae aut aliqua praedicata superiora reperiuntur in peccato quam in actu bono, ideo peccatum dicitur superioris ordinis quam actus boni: atque denominatio infiniti et denominatio absoluta adequa debet dari omnia praedicata infinitatis simpliciter talis: quorum unum est infinita et perfectissima applicatio perfectionis quae in peccato deficit.

[178] Instabis 2°: si neque poterit pura creatura de aequalitate satisfacere pro veniali; quod est contra communem sacram. Probatur consequentia: quia etiam veniale est offensa personae divinae; et consequenter excessit superioris ordinis, quam quodlibet meritum purae creaturae: ergo sicut ratione superioritatis

ordinis non pot pura crea satisfacere ad aequalitatem pro mortali, neque veniali poterit. = Plures plane cedunt coam et totam instantiam cum P. Suad. de Incarnatione disp. 4.

179 Sed sumunt respondere solet negando coam. Probationem 1° aliqui respondent cum Exmo D. disp. 4 dicendo ani: peccatum veniale esse offensam proprie talem personae divinae, non esse offensam improprie et analogice talem, reddo: quia peccatum veniale non est proprie aversio a Deo, neque proprie est offensa Dei; et ideo non participat illam superioritatem ordinis. = 2° alii respondent cum Card. de Lugo disp. 5 sectione 10 negando coam: quia licet veniale ratione personae divinae offensae sit superioris ordinis quam quodlibet meritum creaturae, ceterum iuxta legem communem, quod offensae leves facile remittantur etiam ratione minoris satisfactionis. = Sed neutra ex his solutionibus mihi sufficienter satisfacere videtur.

180 Resolvo ergo ad instantiam negando coam. Ad probationem reddo ani quoad 1 partem et nego quoad 2am: reddo ergo quod peccatum veniale sit offensa personae divinae sicut mortale; et nego quod sit superioris ordinis quam quodlibet meritum sicut mortale: disparitas est, quia ordo superioritatis in peccato non desumitur a persona offensa utcumque, sed a persona offensa iuxta materiam offensae; quod patet ex eo, quod blasphemia sit offensa superioris ordinis quam offensa furti gravis, licet utraque sit contra personam divinam, non alia de causa nisi quia materia furti est tam gravis atque materia blasphemiae, quae attendi debet simul cum persona offensa: hinc fit, cum materia peccati venialis

181 levissima sit, talis desumitur ratione offensae, ut non accedat ad illum superiorem ordinem excedentem omne meritum etiam gratiae: etenim materia quae simul cum persona divina offensa pot collocare peccatum in illo superiori ordine, debet esse materia sufficiens ut peccatum sit aversio a Deo; ast materia peccati venialis ad id non sit sufficiens ratione suae levitatis, sed ad summum facit ut sit quaedam retardatio in accedendo ad Deum, ideo non collocat peccatum in illo tam superiori ordine, in quo e peccatum

mortale. Disp. de distinctione peccatorum. Cap. 1. de distinctione specifica peccatorum.

DISP. V.

De distinctione peccatorum

CAP. 1.

De distinctione specifica peccatorum.

182 Difficultas hic discutienda est unde desumenda sit distinctio specifica peccatorum? Ex unde contingat, quod hoc peccatum ex. gr. furti specifice distinguatur ab odio Dei, &c.? Igitur inprimis certum est specificativum peccatorum debere esse eorum distinctivum iuxta illud commune p[ro]logium: specificativum rei est illius distinctivum. Hinc circa specificativa peccati de quo dubitari potest, debent esse specificativa et distinctiva peccatorum; ita ut quolibet eorum posito resultet peccatum distinctum specie, atque esse sine illo.

183 1.o dubitari potest de diversitate virtutum, quae peccata opponuntur: ut videlicet ad distinctionem specificam duorum peccatorum sufficiat quod unum opponatur uni virtuti, et aliud alteri virtuti distinctae in specie; 2.o de diversitate praeceptorum: ut peccata contra diversa praecepta eo ipso sint diversae speciei? 3.o de diversitate obiectorum: ut peccata sint diversae speciei eo ipso, quod commissa fuerint circa obiecta diversa moraliter? 4.o de diversitate modi tendendi in obiecta: ut licet duplex peccatum tendat circa idem obiectum, si tamen diverso modo tendat unum atque aliud, resultent diversae speciei: cuius rei expeditionem praesentem sectionem dabimus.

184 Sit 1.a resolutio. Peccata opposita virtutibus diversae speciei, sunt eo ipso peccata diversae speciei. Haec resolutio communis est. Probatur: quia eo ipso, quod unum peccatum opponatur uni virtuti, ex. gr. iustitiae, habet contradictionem distinctivam malitiae specificae, quod habet peccatum oppositum misericordiae: quia eo ipso, quod unum peccatum opponatur virtuti iustitiae, est diversae speciei atque peccatum oppositum virtuti misericordiae; et consequenter diversitas specifica virtutum refunditur specificam diversitatem in peccata. Probatur: quia oppositio iustitiae

ostituit peccatum in ratione et specie iniustitiae, quae est aliqua species malitiae; ideo hoc applicatum non dat in peccato oppositum misericordiae: quod habet constitutivum quod non habet peccatum oppositum misericordiae.

185 Sit 2 solutio. Diversitas praeceptorum, sive talia praecepta ab eodem sive a diversis superioribus imposita sint, non facit quod peccata sint diversae speciei, dum modo praecepta non habeant diversum motivum formale. Ita PP. Lessius, Vasquez, et Thomas Sanchez lib. 9 de matrimonio disp. 17. Item Pater Arriaga et Scholastici in 2 dist. 37, qui docent praecepta diversis superioribus imposita, immo et ab eodem imposita, intendente firmare priorem obligationem, id velut de novo obligare, licet sit idem motivum obligandi, refundere diversam speciem in peccatum; iuxta quos si Deus, si lex naturalis, et positiva aliquam operationem praecipiant ex eodem motivo, qui talem operationem omittant peccatum ponet eius duplicis speciei malitiae. Nostra autem solutio complectitur duas partes: 1, quod praecise diversa praecepta non refundunt diversam speciem in peccatum, si motivum utriusque praecepti idem est. 2, quod si talia praecepta habeant diversa motiva, utique refundent diversam speciem in peccatum.

186 Probatur 1 pars solutionis: quia praecepta habentia idem motivum, ut praeceptum divinum non iurandi, et praeceptum a superiore creato impositum etiam non iurandi ex eodem motivo iustitiae identificant in illa ratione motiva, conveniuntque in illo motivo servandae iustitiae, iuxta quod peccatum specificat in ratione et specie iniustitiae: quare habent commodum unius specificativi; ergo refundere non possunt diversitatem specificam. = Hinc fit unicum tantum peccatum esse violare ieiunium in vigilia alicuius Sancti incidente in quadragesima, quia utrumque praeceptum ieiunandi est ob idem motivum mortificationis; licet unum habeat pro obiecto mediato reverentiam illius Sancti, et aliud memoriam ieiunii Christi Domini. Similiter dicendum de omissione sacri die festo incidente in dominica. Unde ulterius fit sufficere in tali casu in confessione dicere: omisi sacrum, aut ieiunium die praecepto; quin necesse sit explicare, an ad id esset unum aut plura praecepta.

187 Probatur 2 pars solutionis: quia quando praecepta habent diversa motiva, utique

in eo, qui hēt obligaonē ieiunandi in quadragesima ex pcepto Eccliæ et simul ex voto, resultat peccatū omissionis ieiunii cōtra diversas virtutes, sc. cōtra virtutē mortificaonis, et cōtra virtutē religionis; quæ ex diversitate virtutū refundit in peccatū diversitas specifica, ut cōstat ex nº 183. ergo diversitas pceptorū habentiū diversa motiva refundit in peccatū diversitatē specificā. = Hinc fit, furtū rei sacræ habere duplicē malitiā, aliā cōtra iustitiā et aliam cōtra religionē, et peccatū luxuriæ cū consanguinea uxorata in eo, qui hēt votū castitatis habere malitiā in se pexantē, sacrilegii, iniustitiæ et incestus. = Quando cenceantur pcepta habere, vel nō habere diversa motiva ex circumstantiis colligendū est, pertim ex pœmio legis, ubi rao et motivū pcipiendi ab ipso legislatore apponi solet, vel ex cōmuni doctorū intelligentia et interptaone, vel tandem ex usu.

188 Dices cōtra: qui cōmittit peccatū quod simul est cōtra pceptū divinū et cōtra pceptū humanū, licet utrūq; pceptū hēat idē motivum violat obedientiā superioris divini, et obedientiā superioris creati: sed violao obedientiæ superioris divini est diversæ speciei, atq; violao obedientiæ superioris creati: ergo est peccatū diversæ speciei: et consequenter sufficit sola diversitas pceptorū ad refundendā diversitatē specificā in peccata. Pbtur minor: quia cōtumelia irrogata psonæ divinæ est diversæ speciei atq; cōtumelia irrogata psonæ creatæ: sed similiter violao obedientiæ superioris divini est diversæ speciei atq; violao obedientiæ superioris creati.

189 Omissa maiori, vel distinguimus iā nº 68 quod dicentiendū est circa inobedientiā Deo irrogatā in omni peccato ex nomine. Atq; pbaone nō erat: disparitas est; quod cōtumelia respicit tanquā obtū psonā cui irrogat in particulari; atq; adeo cōtumelia irrogata creaturæ respicit psonam creaturæ ut talis; et cōtumelia irrogata Deo respicit tanquā obtū ipsā singularē psonā Dei: unde cōtumelia, sicut quodlibet peccatū specificat a suo obto, ut legenti cōclusione vidébimus, in quo resultat diversitas specifica: at vº violao obedientiæ seu inobedientiæ nō respicit psonā pcipientis in particulari, sed solū respicit psonā potentē sub obligaone pcipere, cui pcipie

respicit rationem communem superioris; usque in hac ratione conveniat superior divinus et creatus, inde fit, quod in obedientia resultat eiusdem speciei; dummodo aliunde non detur diversitas motivorum.

190 Sit 3 resolutio. Diversa specifica obiecta sive materialia sive formalia et motiva refundunt diversam speciem in peccata. Haec resolutio communis est. Probatur, quoad 1 partem: quia ab obiecto prohibito etiam materiali provenit species actus peccaminosi, unde quod actus omissionis habeat speciem omissionis provenit ab eius obiecto, licet quis tendat in tale obiectum non ob ipsius omissionem, sed ob aliud motivum: ergo a diversis specificis obiectis etiam materialibus provenit diversitas specifica peccati. = Probatur resolutio quoad 2 partem: quia quilibet actus moralis specificatur a suo obiecto formali et motivo; ita actus bonus eo ipso, quod habeat pro motivo cultum Dei, est actus religionis: ergo et actus peccaminosus specificatur a suo obiecto motivo: ergo a diversis specificis obiectis motivis accipiet diversas species.

191 Hinc fit, quod furtum commissum ob motivum moechandi est retro specie iniustitiae et speciei luxuriae; atque adeo utramque circumstantiam tenet poenitens explicare in confessione: quae similiter explicari debere docet Sa. verbo Furtum lib. 1 in Decalogum cap. 9 hoc modo: furatus sum ex intentione moechandi. alii cum Diana 1 parte tractatu de circumstantiis resolutione 23 docent, posse explicari divisive hoc modo: furatus sum rem gravem; et deinde dicere habui intentionem moechandi.

192 Sit 4 resolutio. Solus diversus modus tendendi in obiectum non refundit diversam speciem in peccata. Probatur: quia dummodo non concurrat diversum obiectum, et oppositio cum diversis virtutibus, non datur diversitas specifica in peccatis: nihil enim facit ad diversitatem specificam, quod actus peccaminosus hoc aut illo modo tendat, ut, quod die festo omittat sacrum propter ludum vel propter somnum; nisi aliunde ludus, aut somnus prohibitus sit: ergo sola diversitas in modo tendendi in obiectum non refundit diversitatem specificam in peccata. Aliter dicendum, quando ipse diversus modus tendendo aliunde prohibitus est, ut in furto commisso inter faciendo percussionem aut defensionem rei ablatae, quia ille modus est aliunde prohibitus

et aliud specie physica ex alio motivo. Cap. 2 de distinctione numerica peccatorum.

CAP. II.

De distinctione numerica peccatorum.

193 Praecedenti capite diximus, unde proveniat, et quandonam distinctio specifica peccatorum: in praesenti inquirimus, quandonam solo numero peccata multiplicentur etiam intra eamdem speciem. Ex quo clare constat, non inquiri de distinctione physica, et entitativa peccatorum, sed de distinctione morali, cum in genere morum: et quidem licet difficultas, quae sit de actibus internis peccaminosis, atque de externis, praecipua tamen difficultas de internis, quia ex dicendis circa actus internos infertur, quid circa externos dicendum sit. Difficultas ergo est, cum idem actus peccaminosus ut pravum desiderium, durandi durare soleat per plures horas imo et per plures dies, quandonam tale desiderium unicum peccatum dicendum sit, et quandonam dicendum sit plura peccata.

194 Prima sententia docet, peccata interna toties multiplicari quoties actus voluntatis physice multiplicantur, et quasi de novo renovant, licet hoc eveniat intra brevissimum spatium. Ita D. Bonaventura et PP. Hurt. et Barz. ... 1. 2. disp. 75. = Secunda docet, peccata interna solum multiplicari cum intercessit aliqua interruptio etiam ex inadvertentia inter unum, et alterum actum physice distinctum; at non multiplicari quando continuate repetuntur aut renovantur. Ita Ximen. Noiten. in 1. 2. disp. de peccatis P. Loninch et alii. Tertia docet, tunc peccata interna multiplicari, quando inter actum et actum datur notabilis interruptio; secus vero si interruptio modica fuerit. Ita PP. Enriq. Jean Faguendez et Oviedo ... N.o 108.

195 Quarta docet, peccata interna physice multiplicari, quando prior actus de tractatus fuit per actum contrarium; caeterum dum retractatus non fuerit, licet interruptus fuerit etiam per longissimum tempus sive per oblivionem sive per attentionem ad alia negotia, non multiplicari. Ita Canus relectione de poenitentia parte 6 et probabile putat Cum aliis, Diana ... tractatu resolutione 95. = Quinta ... docet,

peccata intra solum multiplicari, quando actus repetuntur sine respectu, aut dependentia a priori actu; secus autem si repetantur cum respectu, et de-
invisendi pendentia a priori actu; habet quis intentionem solicitandi, aut ~~[illegible]~~ invisendi fe-
minam pravo animo, si deinde postea ponatur virtualiter vi illius prioris intentio-
nis eundem actum repetat, sive reipsa ad solicitandum accedat, unicum erit pecca-
vel quia illa tum: si autem independenter a priori intentione ~~[illegible]~~ retractavit,
vel quia nullam illius memoriam habet, repetat idem pravum desiderium, novum distinctum
peccatum committit. Sta P. Card. de Lugo de poenitentia disp. 16. = juxta ~~[illegible]~~ hanc
[illegible] sit nostra resolutio: Quoties actus sunt inter se dependentes, sunt unicum numero peccatum:
multiplicantur tamen quoties fuerint independentes, vel quia primus actus retractatus est,
vel quia sine ulla illius memoria actus repetitur. Resolutio complectitur tres partes,
probabimus quas suo ordine ~~[illegible]~~ et declarabimus.

196 Probatur prima pars, scilicet quod actus inter se dependentes sunt unicum numero peccatum: quia dependentia unius actus ab alio, ratione cuius unus ponitur ex directione eiusdem intentionis qua alius positus fuit, est quaedam unio, imo et identitas moralis omnium illorum actuum convenientium in unica eadem intentione: ergo licet plures physice actus sint, unicum resultat in genere moris, seu unicum peccatum moraliter tale.

197 tunc Probatur secunda pars, scilicet quod si secundus actus non sit dependens a primo eo, quod primus retractatus fuerit, ~~[illegible]~~ resultat distinctum numero peccatum: quia quoties prior actus retractatus fuerit, non durat moraliter: ergo si novus actus ponatur, non poterit esse idem moraliter cum praecedenti. Consequentia patet: quia non potest esse idem moraliter cum eo quod moraliter non datur. Probatur antecedens: quia non durat moraliter id, quod affective et voluntarie non durat, si nullam aliam durationem habere potest, nisi durationem affectivam et voluntariam; sed actus, qui retractatus est, non durat affective et voluntarie; retractatio enim est affectiva et voluntaria destructio actus voluntatis: ergo.

198 Probatur tertia pars, scilicet quod si secundus actus non sit dependens a primo, eo quod sine ulla memoria prioris actus elliciatur, tunc resultat peccatum numero distinctum: quia quando unus actus elicitur sine ulla memoria prioris actus, nullo modo habet unionem,

aut identitatem moralem cum priori actu, quod actus 2.º dictus a priori actu distinguitur: quia actus elicitus sine ulla memoria prioris actus omnino independens ab illo, neque ullum ordinem, aut respectum dicit ad illum, et sic actus omnino disparate se habentes inter se. Confirmatur: quia actus sine ullo ordine, et disparate se habentes inter se neque uniti, neque identificati sunt etiam moraliter. Hinc ad actus externos peccaminosos facile est illatio: circa quos

199 Sit 2.º ordo. Hunc actus externi peccaminosi non distinguunt, quando actus interni illos imperantes sunt non distincti: et tunc erit unicum peccatum, quando actus internus unicus fuerit. Probatur ratio: quia tota moralitas actionum externarum provenit ab actibus internis imperantibus: ergo nec plura nec pauciora numero peccata possunt esse actus externi, quam quot fuerint actus interni imperantes. Ergo actus externi peccaminosi tunc solum multiplicari, aut non multiplicari moraliter possunt, quando multiplicentur, aut non multiplicentur actus interni peccaminosi imperantes. Argumentum confirmatur: quia cum actiones externae ratione sui non sint liberae, id est per se ratione actuum internorum, ita non ratione sui, sed ratione illorum, habebunt moralitatem. Et hoc veritatem habet sive actus externi addant, sive non addant malitiam supra malitiam actus interni: quia licet addant distinctam malitiam, si unico actui interno correspondent, correspondebit unica malitia distincta: si pluribus actibus internis correspondebunt plures malitiae.

200 Ex huiusque dictis plura ad praxim moralem inferuntur. Infertur 1.º quando quis cum intensione copulae peccaminosae habuit oscula, tactus, et turpiloquia, sive ante, sive post copulam, sufficit in confessione explicare copulam cum soluta, seu uxorata etc. Ratio: quia ea omnia ordinantur ad unicum finem copulae, et sunt eius complementum. Addit Leander tractatu de poenitentia disp. 8 q. 10 cum aliis, idipsum sufficere, etiamsi oscula, tactus, et turpiloquia inepta fuerint cum animo ibi sistendi, et postea mutato animo copula sequatur: cuius ratio est; quia tales actiones sua, et sua natura ordinatae sunt ad copulam independenter ab intensione operantis.

201 Infertur 2.º omnia verba, seu actiones in eadem occasione dicta, aut facta contra alicuius famam esse unicum peccatum, licet plura

et diversa dixerit: quia ea omnia habent sub unica et eadem intentione dequi ficandi eandem personam: atque adeo sufficiet in confessione dicere semel gravit lesisse aliquem in fama. Ita cum aliis Bolsar in summa cap 6. Idem dicendum censet cum aliis Diana 3 p tractatu 4 resolutione 263, si quis plura verba lasibia et provocativa in eadem occasione proferat: et idem si in eadem occasione pluries quis clericum percutiat; et idem de pluribus blasphemiis aut iuramentis falsis circa eandem rem.,

202 Infert 3.º supposita communi sententia docente, confessorem audientem confessiones in lethali, qui in actu praeparatione saltem prius se disponat, confessorem in lethali audientem plures confessiones etiam continuatas, tot peccata committere quot absolutiones impenderit: quia quaelibet absolutio est actio completa in suo genere. Ita cum aliis Ex.m nostri Dr. de poenitentia disp 22. Contra Diana, Lugo, et alios, qui docent, unicum esse peccatum, dum confessiones fiunt sine interruptione notabili; atque adeo satisfacere in confessione si dicat administravi sacramentum poenitentiae in lethali.

203 Infert 4, satisfacere in confessione, qui die ieiunii carnes comedit, si diversis quasi duo dicta peccata fiteat hoc modo, semel carnes comedit die prohibito; et deinde dicat; fregi ieiunium die quo ad ieiunandum tenebar. Idem aliqui affirmant de eo qui habens votum castitatis et copulam habuit cum soluta aut uxorata, si divisim in hoc modo dicat: commisi simplicem fornicationem, vel adulterium; et deinde dicat: fregi quod dam votum: et e contra ipsa femina satisfaciet, si dicat: commisi simplicem fornicationem vel adulterium: et deinde dicat: fui causa ut alius frangeret quod dam votum. Ratio est: quia in dictis casibus datur duplex numero peccatum dictum: ergo potest confiteri tanquam duplex seorsum unum ab alio.

204 Infert tandem actum tendentem in plura obiecta malitia cuiusdam speciei habere plures numero malitias, cum habent plura numero peccata: ut qui eo quod plures feminas solutas desiderat: quo plures intendit ... aut ... quo damnum in honore aut in divitiis pluribus infert. Ita PP. Palao et Baiga l. 2 disp 35. Contra patrem Fagundez et alios apud Diana 3 p tract 4 resol 264 asserentes, in dictis casibus

dari unicum Nº peccatum: ceterum plures omnes sequiunt theo, quod poenitens tenet in confessione explicare numerum obtorum: iuxta alios, quia sunt plura Nº peccata; iuxta alios, quia circumstantia in pluribus malitiis saltem uirtualiter: iuxta alios, quia ea pluralitas obtorum circumstantia ualde mutans speciem pecci. Sed hanc resoluo quod obiicit: quia actus tendens in plura obta specie dista habet plures malitias specie distas, ut distatur Nº 191: ergo tendens in plura obta Nº dista habebit plures malitias Nº distas.

205 Diceres tamen. Actus, quo quis uellet infinita obta mala Nº dista, non haberet infinitas Nº malitias: ergo neque habens plura obta mala habebit plures malitias. Instari potest hoc modo: actus, quo quis uellet infinita obta specie dista non haberet infinitas malitias specie distas: ergo neque habens plura obta habebit plures malitias Nº distas. Verum respondetur concesso ante, negando conseq. Disparitas est: quia ea infinita obta siue specie siue Nº dista cognoscuntur confuse et obiiciuntur, cuius malitia participet iuxta modum cognitionis applicantis seu proponentis obta, ut dicetur manet Nº 156 ideo actus non participat ea infinitate obtorum: sicut participat speciem et numerum explicite tale ab obto explicite cognito uel eorum speciem aut numerum. Tractatus 2us De diuersitate, seu diuisione peccatorum. 207

TRACTUS. II.

De diuersitate seu diuisione peccatorum.

207 In plures species seu differentias diuidi solet peccatum, uidelicet in mortale et ueniale: in omissionis et commissionis: in actuale et habituale: in personale et originale: quas omnes peccatorum diuisiones celebres afferunt disputes, quas in hoc tractatu explanandas subiicimus. Disp 1a De peccato mortali et ueniali: Cap 1 Natura et dispositio utriusque pecci.

DISP. I.

De peccato mortali, et ueniali

CAP.^{ut} I.^{um}

De natura et differentia utriusque peccati.

1.us Non desunt, qui receptissimam pecc.^i divisionem in mortale, et veniale negent esse adequatam. 1.º Durandus, et Almainus de mortalitate cap. 1. ex eo negant, eam divisionem peccati in mortale, et veniale esse adequatam, quia supponunt, essentiam pecc.^i tam mortalis, quam venialis, consistere in assignatione, qua Deus poenam assignat utrique correspondentem; unde si alicui peccato Deus, quin ob libitum, nullam assignaret poenam, tale peccatum nec mortale, nec veniale esset. = Sed impugnatur 1.º ex eo, quod falsum supponat de distinctione pecc.^i, ut postea dicemus agentes de peccato habituali = 2.um quia non potest dari medium inter hoc, quod est inferre mortem animae idest auferre gratiam ab anima, aut non inferre mortem animae; si peccatum est inferens mortem animae, erit mortale; si non infert, erit veniale: ergo non potest dari peccatum, quod neque mortale neque veniale sit.

2.us 2.º eam divisionem negarunt Jovinianus, et Stoici, ex eo, quod dicat, omne peccatum esse aequale, nec ullum posse esse maius aut minus alio. Eiusdem fere errorem tenet Pellagius docens, omnia peccata esse mortalia, expellentia ab anima gratiam, et Dei amicitiam. Utrumque errorem [illegible] et impugnat Eminentissimus Bellarminus lib. 1.º de amissione gratiae et statu peccati, sacrae scripturae loco [illegible] [illegible] qui [illegible] pater suus peccaverit, peccato non ad mortem.

refutat.^{ur}

3.º Wiclephus docuit, omnia peccata hominum reproborum esse mortalia, et omnia peccata hominum praedestinatorum esse venialia. Eum errorem impugnat idem Bellarminus quia etiam reprobus potest aliquo tempore habere gratiam et amicitiam Dei, et praedestinatus potest esse in mortali. = 4.º Lutherus et Calvinus docuerunt nullum peccatum quantumvis grave esse mortale in eo qui fidem habet; unde solam infidelitatem dicunt esse mortalem, cum ex eo quod sola fides homines sanctificat. Unde talis error fuit quantum eius ratio haeretica, et damnatur in Tridentino sessione 6 cap. 15.

5.º Michael Baius docuit, nec peccatum suapte natura esse mortale, illaque dici venialia, quae ex Dei benignitate (attenta rei aequitate) tanquam venialia assignant.

Pro hac sententia citat P. Salas disp. 16 Lericonem et Gabrielem. Caeterum haec sententia damnata videtur, dum a Pio V et Gregorio XIII damnata fuit inter alias Baii propositiones haec, quae est 22. Nullum est peccatum natura sua veniale; sed omne peccatum meretur poenam aeternam.

16 Sed veniendo ad communiorem sententiam inter theologos in assignanda differentia essentiali peccati mortalis a veniali: prima sententia docet eam differentiam essentialem consistere in reatu poenae, ita ut illud peccatum sit mortale, quod habet reatum poenae aeternae, et illud veniale quod habet reatum poenae temporalis. In hanc inclinat P. Salas loco citato. = Sed impugnatur: quia reatus poenae non est de essentia peccati, quamvis effectus peccati; et si aliqua ratione identificetur cum ipso peccato, est conceptus secundarius, et posterior subiectiva, et fundata in malitia peccati; ut clarius videbimus agentes de peccato habituali: ergo in eo reatu non potest consistere differentia essentialis peccati.

17 Secunda sententia docet mortale differre a veniali in eo, quod mortale sit simpliciter peccatum; veniale vero non sit simpliciter peccatum, sed ad summum secundum quid. Ita Cajet. et Aegidius in 2 dist. 42. = Sed contra: quia si veniale non esset peccatum, non posset valide dari sacramentum poenitentiae cum sola confessione venialium; sed id est contra communem sensum et praxim Ecclesiae: ergo. = Deinde: quia peccato veniali correspondet aliqua poena vere talis; sed poena vere talis solum potest correspondere ei, quod est peccatum; solum enim peccatum habet rationem demeriti: ergo.

18 Tertia sententia docet eam differentiam essentialem consistere in eo, quod mortale sit contra praeceptum, veniale vero contra consilium. Pro hac affert Scotus in 2 dist. 21 q. 1. = Quarta sententia non ab hac longe dissita docet, mortale differre essentialiter a veniali, quia mortale est contra legem; veniale vero praeter legem. Ita Alensis et Almain in 2 dist. 35. = Sed contra: quia actus, qui non est contra aliquam legem, aut praeceptum, etiamsi sit contra consilium merentale, sive praeter legem, nulla habet malitia; sed actus, qui nullam habet malitiam, neque veniale peccatum esse potest: ergo. Minor constat ex impugnatione 2 sententiae. Maior: quia actus, qui contra nullam legem aut praeceptum est, nulli istenet

uitare; id dicty que nullus tenet uitare nullz malitiã het; etenz qd nullus uitare tenet licite pot ponere: Ego

215 Sia docet, mortale differre a ueniali in eo qd mortale sit auersio ab ultimo fine: ueniale uero sit auersio a medijs conducentibus ad ultimum finem. Sic Richar, ac Dur in 2°, dist 42. = Sed contra: qa auersio constitutiua peccati uenialis l debuerit ee a medijs necessarijs ad consecutionem ultimi finis; l a medijs pure adiuuantibus ad talem consecutionem; sed neutra pot ee constitutiua pecci uenialis: Ego. Maior constat: qa ñ dat aliud genus mediorum, nisi que necessaria, l adiuuantia sunt. Minor qo ad 1am partem etiã constat: qa peccatum ueniale stare pot cum gra, et consequenter cum medijs necessarijs ad ultimum finem. Quoad 2dam partem etiã constat: qa omissio cuiuslibet uirtutis e auersio a medio adiuuante ad consecutionem ultimi finis, qin ideo omissio cuiuslibet uirtutis sit peccatum ueniale

216 6 Sia docet, mortale differre a ueniali, in eo qd mortale sit contra obligationem grauem de libertate oppositi; ueniale uero sit contra obligationem leuem, et contra uirtutem in libertate oppositi. Sic Victoria, Vega et P Salas. Sed contra. Pro quo secundum affert D. Thoas 1a 2æ q. 88 art 2 iuxta qua ratio omnis ad rationem et constitutiuo peccati qd difformitate cum dictamine conscientie constitutiuus sit

Vera conclusio.

217 Peccatum mortale differt a ueniali in eo qd mortale het difformitatem cum dictamine conscientie a legi sub obligatione grauis opponente; ueniale uero heat difformitatem cum dictamine conscie a legi sub obligatione leui, aut cum semi plena libertate opponente. Probatur qd mortale in eo differat a ueniali, qo mortale heat malitiam grauem, et ueniale malitia leuem: sed peccat. ex eo het malitiam grauem, qd heat difformitatem cum dictamine de libertate opponente graui obligatione, et ex eo het malitiam leuem, qd heat difformitatem cum dictamine opponente obligatione leuem l qd in ueniat cum semi plena libertate: ergo in ea difformitate consistit

differentia essalis mortalis a veniali. Albera dictat: quia hoc peccatum esse mortale, illud esse grave; et esse veniale aliquid esse leve. Probatur: quia malitia implicat talis nihil indifformitate cum dictamine opponente aliqua obligatione; sicut se habet implicit ad simpli ita magis ad magis et sicut ita minus ad minus: quia malitia peccati implicit talis nihil in eadem difformitate; maior seu gravis malitia nihil in difformitate cum dictamine opponente maiorem seu gravem obligationem; et minor seu levis malitia in difformitate cum dictamine opponente minorem seu levem obligationem, seu opponente cum simplici materia deliberatione quod debet esse caput levitatis.

218 Ex hac primaria et essali differentia inter mortale et veniale aliae suboriunt differentiae. 1. quod mortale sit aversio a Deo, non veniale. 2. quod mortale sit exclusivum gratiae, et charitatis; veniale non ita et ad summum poterit esse exclusivum fervoris charitatis. 3. quod mortale sit obiectum reatum poenae aeternae, veniale vero poenae temporalis. = Unde, ut clarius fiat denominatione mortalis, et venialis, non a nomine primaria et essali differentia sed a secundaria, scilicet ab eo, quod mortale privet animam gratiae et amicitia Dei, sicque ipsam extra viam ad aeternam poenam dannet, quod aeternam mors solet dici: veniale vero id non efficiat, licet ad id aliquatenus disponat, et propterea dicitur leviter animam ferire.

219 Dices contra: potest dari peccatum veniale quod habeat difformitatem cum conscientia graviter obligante; ergo differentia mortalis a veniali non stat in eo, quod mortale habeat difformitatem cum conscientia graviter obligante. Probatur: si Deus nollet alicui remittere peccatum veniale casu quo illud committeret, tunc daret gravis obligatio vitandi illud veniale; ergo potest dari veniale quod habeat difformitatem cum conscientia graviter obligante. Antecedens dictat: quia in tali casu daret gravis obligatio fugiendi tam grave damnum, quale est privatio aeternae gloriae, quae dari non potest, nisi veniale non remittitur. = Negatur: ad probationem non supponitur quod tunc illud peccatum esset veniale; quia ratione gravis damni aeternae privationis gloriae annexae tali peccato redderet illud peccatum magis grave et consequenter gravitatis peccaminosa sicut furtum leve si habeat annexum grave damnum reddit mortale.

220 Instas: ergo dat gravis obligatio vitandi quodlibet veniale, et eo contra omne veniale erit mortale. Respondeo: quia ideo dat gravem obligationem vitandi illud veniale non remittendum, quia tenemur vitare illud grave damnum aeternae privationis gloriae; id quod tunc qua veniale maius damnum est quam privatio gloriae et quam omnes poenae: ergo etiam dabit gravem obligationem vitandi quodlibet veniale. = Nego consequentiam: Ad probationem aliqui negant esse maius malum poena aeterna quam veniale ex eo quod poena aeterna privat maiori bono, scilicet Deo, quam privat veniale. Sed eo omisso.

221 Distinguo minorem: id quod tunc quod veniale maius damnum est quam privatio gloriae et quam omnes poenae dicitur in linea secundum: maius damnum eiusdem lineae cum privatione gloriae nomine: In qualibet linea datur malum grave et malum leve; et licet leve unius lineae sit maius comparative ac grave alterius lineae, dummodo intra sua linea maneat in gradatione levis mali tamquam quid leve reputandum est: cum ergo malum morale sit alterius lineae atque malum physicum; ideo tenemur sub levi obligatione vitare malum leve morale, licet sit maius quam gravissima mala physica quale sunt omnes poenae etiam aeternae.

CAP. II.

Aliquae difficultates circa mortale et veniale.

222 1 difficultas: Utrum peccatum mortale et veniale univoce conveniant in ratione peccati? Aliqui negant cum [illegible] in 3 parte disp. 4, alii affirmant cum P. Vasq. 1. 2. disp. 144. Haec 2 sententia mihi verior. Probatur: quia omne bonum morale sive magnum sive parvum univoce convenit in ratione boni moralis: ergo et omne malum morale in ratione malitiae, seu peccati. = Deinde: quia furtum grave et furtum leve univoce conveniunt in hac formalis ratione iniustitiae, seu ablationis rei alienae: ergo et peccatum mortale et veniale in hac formali ratione difformitatis cum dictamine conscientiae, in qua stat ratio peccati.

223 2 difficultas: quomodo veniale disponat ad peccandum mortaliter? Supponit in terminis quaestio ex communi cum D. Thoma 1. 2. q. 88 ar. 3 veniale disponere ad mortale. Dico, non disponere tamquam ultima dispositio ad formam,

id est, quia reddendo voluntatem faciliorem et promptiorem ad mortale.
Probatur 2a pars: tum, quia posito veniali, imo et pluribus venialibus non sequitur
necessario mortale: tum quia plerumque datur mortale, quin praecedat veni=
ale; id ultima dispositio ad formam talis esse debet, ut illa posita necessario
sequatur forma; et nunquam ponatur forma, quin praecedat ultima dispositio;
sed veniale non disponit ad mortale tanquam ultima dispositio.

224 Probatur 2a pars res=
ponsionis: quia veniale aliquantulum extinguit fervorem charitatis in
Deum: deinde est causa, ut Deus non ferat ea maiora et plura auxilia
quae conferret homini nequaquam venialiter peccanti; id sine eo fervore charitatis
et sine eis auxiliis voluntas remanet facilior et promptior ad labendum
in peccata mortalia: ergo veniale reddit voluntatem faciliorem et prompti=
orem ad peccandum mortaliter saltem tanquam removens prohibens; id est
removendo id, quod prohibet, et impedit peccatum mortale.

225 3 difficultas: utrum idem
actus etiam internus seu idem peccatum possit transire de veniali in mortale
aut ex mortali in veniale? Negant ii, qui malitiam ponunt in ipsis
actibus, qui consequenter negant, posse transire de bono in malum, aut e contra:
Ita Aegidius et P. Valentia hic disp. 6. Alii concedunt cum P. Vasquez
loco citato. Haec 2a sententia vera mihi est. Probatur: quia idem actus, nempe eadem
voluntas fabulandi ex pristina curiositate quae peccatum veniale est,
si adveniente gravi praecepto prohibente eandem fabulationem perseverat,
fit mortale sine ulla mutatione intrinseca ex parte ipsius actus, id est permanente
eadem cognitione, eadem libertate, et eodem motivo curiositatis: similiter,
si e contra eveniat, quod illa voluntas incipiat stante praecepto gravi, et de=
inde auferatur praeceptum, illa eadem voluntas fit venialis: ergo idem actus et
seu idem peccatum potest transire de veniali in mortale, et de mortali
in veniale.

226 4 difficultas: quae deliberatio requiratur et sufficiat ad peccatum?
Deliberatio est cognitio, advertentia, seu consideratio actionis, aut omissionis

ponendi. Haec deliberatio triplex dividitur, scilicet perfectissima, plena et perfecta, et imperfecta seu semiplena; deliberatio perfectissima est advertentia vel deliberatio qua homo considerat actionem quoad eius substantiam, idestque quoad omnes eius circumstantias. Deliberatio plena est, qua quis considerat actionem quoad eius substantiam ita sufficienti consideratione, ut inferat principium impulsum, licet non consideret quoad eius circumstantias. Deliberatio semiplena est, qua quis taliter considerat actionem, ut physice loquendo possit illam non ponere, ceterum neque clare et distincte eam consideret, et ita principium impulsum in illa fecerat, ut moraliter loquendo eam vitare non possit.

225 De 1.a deliberatione perfectissima fere certum non esse necessariam ad peccatum etiam mortale; ad summum eam esse necessariam ad contractus valde honerosos, ut ad matrimonium et ad statum religiosum: hinc certum etiam debet esse, ad peccandum mortaliter sufficere plenam deliberationem: probatur quia plena deliberatio sufficit ad habendam libertatem qua homo tam physice, quam moraliter possit ponere, vel non ponere operationem: sed sicut libertas, qua homo tam physice quam moraliter potest ponere vel non ponere operationem est sufficiens libertas ad peccatum mortale, sicut sufficiens, ut absolute illi imputetur; ita erit sufficiens ea plena deliberatio.

228 Certum etiam debet esse non sufficere ad peccandum etiam venialiter indeliberationem; indeliberatio dabitur quando nulla advertentia datur, vel propter ignorantiam invincibilem, vel propter iram, vel propter aliud impedimentum circa intellectum ad considerandum. Et licet Caramuel et Vialde doceant, posse dari peccatum cum ignorantia invincibili, id communiter theologi reiiciunt: quia cum ignorantia invincibili et consentiente totali indeliberatione circa actionem non datur libertas ad ponendam vel non ponendam talem actionem; sed sine libertate ad actionem, non potest actio esse peccatum; cum non possit operanti imputari: ergo cum ignorantia invincibili et indeliberatione non potest dari peccatum.

229 Tota ergo difficultas erit de semiplena deliberatione, an ea sufficiat ad peccandum? Dico cum communi theologorum non sufficere ad mortale, sufficere

re [illegible] veniale. Probatur: quia actio posita cum semiplena advertentia est aliquod peccatum, supposito quod sit de re mala; non mortale: ergo veniale. Maior et minor probantur 11. Probatur maior: quia actio de re mala posita cum semiplena advertentia est imputabilis ponenti: ergo est aliquod peccatum. Probatur antecedens: quia ponens talem actionem potuit per auxilium [illegible] et sine miraculo eam vitare: ergo illi imputabilis est.

230 Probatur minor: quia actio cum semiplena advertentia non est digna ut Deus propter illam dissolvat amicitiam et destinet ad poenas aeternas: ergo non sufficit ad mortale. Probatur antecedens: quia nemo prudens dissolvit amicitiam aut gravem vindictam intendit propter iniuriam ab alio sibi dictam, si alius in consideratione dixerit, vel quia semi dormiens, aut semi deliraret: ergo neque Deus id efficiet cum operante inconsiderate ex semiplena advertentia. = Unde infertur semiplenam advertentiam sufficere ad peccatum veniale, sive materia sit gravis ut homicidium, sive sit levis ut mendacium iocosum.

231 [illegible] difficultas: An in omni materia peccaminosa detur parvitas materiae? id est an in quacumque specie peccatorum possit dari peccatum quod sit veniale non solum ex imperfectione deliberationis, sed etiam ratione parvitatis materiae? Duo supponit difficultas, 1° quod in aliqua materia peccaminosa inveniatur parvitas materiae ut in furto, infractione ieiunii etc. 2° quod supponit est, quod in quacumque materia etiam gravissima potest dari peccatum veniale defectu plenae deliberationis; quia in quacumque materia potest homo operari cum semiplena advertentia. Difficultas ergo est, non ratione semiplenae advertentiae, sed ratione parvitatis materiae: an sicut in furto etiam commisso cum perfecta deliberatione potest dari peccatum veniale ratione rei parvae furatae, ita idem evenire possit in quacumque alia materia?

232 Resolutio 1°, in peccatis respicientibus immediate ipsum Deum, qualia sunt odium Dei, infidelitas, desperatio, blasphemia, [illegible] Dei, simonia et alia similia, non potest dari parvitas materiae. Ita communiter cum P. Thoma Sanchez libro 1° in Decalogum cap. 4. Probatur: quia quicquid Deo immediate est iniuriosum non potest esse leve

consequenter non datur in ea paruitas materiae. Probatur: quia qui irreuerenter ex professo iniuriosus est, irreuerenter ex professo Deum contemnit; sed Deus irreuerenter ex professo contemnere leuiter esse non potest, ut potest eo professo contemnit id, quod est irreuerenter ad infinitum dignus est honore. Contra = Delahio contra Tamburinum libro 1º in Decalogum cap. 1º qui paruitatem materiae admittit in simonia. Contra Anteriaga tomo 3 disp. 21, qui paruitatem materiae admittit in extra locutione contra fidem, ut si quis falso diceret, reuelatam fuisse a Deo aliquam circumstantiam sacrae Scripturae.

73 Resolutio 2ª cum eodem P. Thomas Sanches, non dari paruitatem materiae in fractione iuramenti assertorii. Dicitur ex propositione 24 damnata ab Innocentio XI quae ita se habet: uocare Deum in testem mendacii leuis non est tanta irreuerentia propter quam uelit aut possit damnare hominem. De iuramento promissorio aliqui cum Diana 8 parte tractatu 4 resolutione 76 docent, semper esse mortale, si desit intentio adimplendi; non uero esse mortale, si re leui omissa non adimpleas, ut iuramenti committendi uiuicum ac maxime; quia dicunt solum adduci Deum in testem intentionis praesentis. Vide eum dicunt Buoto.

74 Resolutio 3ª, neque in irritatione sacramentorum, neque in fractione sigilli confessionis, neque in ieiunio naturali requisito ad eucharistiam recipiendam potest dari paruitas materiae. Sic communiter cum Tamburino loco citato. Probatur: quia in his adest semper materia grauissima; ergo numquam dari potest paruitas materiae. = Resolutio 4, neque in homicidio datur paruitas materiae. Est communis theologorum. Probatur: quia priuatio uitae numquam potest esse paruum damnum; ergo decipitur casus P. Salantraitani 13 si quis per Dei reuelationem certo sciret, aliquem esse moriturum intra horam, non peccaret mortaliter eum interficiendo, cum solum priuaret unica hora uitae. Sed unica hora, immo et momentum uitae ualde aestimabile est, et ideo res grauis.

75 Resolutio 5, neque in re uenerea potest dari paruitas materiae; atque adeo quaelibet delectatio uenerea pactione etiam leuissima, ex liberate admissa est peccatum mortale. Ita doctores omnes nostrae societatis, habent ex praecepto ita

in re

docendi et defendendi, ut videre e apud P. Castro Palao tomo 7. tractatu 16. Probatur: quia usura venerea sit mala, in qua nulla datur pro clivis [illegible] qualibet delectatio quantumvis levissima periculum proximum e ad materiam gravem; ideo amplecti deliberate periculum proximum peccati gravis peccatum mortale est. Consulto hanc tenet Navarrus Villalobos Ioannes Sanchez et plures alios quos affert P. Mendo in sua altera opinionem disp. 8 q.

236 Pero tandem in aliis materiis et praeceptis communiter dari parvitatem materiae. In observatione festorum laborare usque ad duas horas esse parvitatem materiae, ait, cum aliis Diana 2 parte tractatu 13 resolutione 176. — In auditione Missae omittere usque ad Evangelium etiam inclusive, dummodo ultimum Evangelium audiat; vel ab initio audiat omittere reliqua a communione, esse parvitatem materiae ait P. Hugo de Eucharistia disp. 22. — Esum carnis diebus prohibitis parte carnis quae ad semunciae partem non attingat, esse parvitatem materiae, ait Diana 5 parte tractatu 5 de resolutione 32. ✝esum

237 In ieiunio Ecclesiastico quantitatem, quae ad duas uncias non attingat, esse parvitatem materiae, ait P. Tamburinus in Decalogum libro 1. — In recitatione divini officii dimidiae horae tempus esse parvitatem materiae, docent plures apud Dianam 2 parte tractatu 12 resolutione 4. — In furto communiter habetur pro parvitate materiae quod ad 4 regales non attingit: quod idem dicendum est de paupertate religiosa: licet circa quantitatem materiae levis alii dissentiant apud Dianam 1 parte tractatu 6 et apud Tamburinum libro 8.

238 Ultima difficultas. An intensio committendi omnia venialia sit peccatum mortale? Caramuel debet quod sit mortale, si intensio sit committendi ea quae in materia moraliter uniri possunt, et ita devenire ad materiam gravem, ut furandi res leves; comedendi res leviter nocivas, ideo quae sic graviter nocent; comedendi materias parvas die ieiunii. Secundo de aliis venialibus. Pero intensionem nullum veniale vitandi esse peccatum

mortale. Ita P. Thomas Sanches tomo 1° in Decalogum libro 1° 3 tra P. Granado 1. 2ae 3tou 6. Abt: gia nullus utraque veniale e se exponere proximo periculo peccandi mortaliter, e ~~[illegible]~~ proximo e frigiditas animi inordine ad observaone preceptorum, id e se exponere primo periculo peccandi mortaliter e peccatum mortale: q.

239 Dices 3tra: omittere omnia venialia ne mortale: q neq intensio ea omitendi, ans 3tat: gia neque plura, neq oia venialia 3ponunt unum mortale, cum mortale sit alterius ordinis a veniali; Abt coa gia ne mortale peccatum intensio faciendi qd n e mortale: q. = Disguo ans: omittere oia venialia subunda intensione ne mortale, no ans; sub disparatis intensionibus 3cedo ans. Ad pbaonem disgo ans: ne mortale intensio faciendi, qd n e mortale, neq ad mortale proxime disponit 3cedo ans; si ad mortale proxime disponat, nego ans. Cum g° ea intensio proxime disponat ad mortale ut dichie, ideo peccatum mortale e.

DISP. II.

De peccato commissionis, et omissionis

CAP. 1m

Certiora circa utrumque peccatum

240 Tractari hic solet, ut sit possibilis pura omissio peccaminosa; id gia deea egi in materia de actibus humanis ubi puram omissionem n solum peccaminosam, e sugnalit meritoriam possibilem admisi: e eandem disputaonem hoc anno melior calamo propugnatam in materia de merito habebitis, eam in pnti omittam; atque a deo in pnti disp e solum agemus de celebri illa int theologos 3trou: in qua rogat: in quo nam peccati 3missionis malitia 3sitat; an in positivo, an in privativo? Ad minus difficultatem

241 supponendum e 1°, qid sint, e in quo differant inter se peccatum 3missionis e omissionis? Peccatum 3missionis e peccaminosa positio actionis omittendae: peccatum omissionis e peccaminosa n positio actionis ponendae: unde

ulterius fit, peccatum omissionis semper esse contra praeceptum negativum ut odium Dei, quod est contra praeceptum prohibens, ne quis Deum odio habeat: et peccatum omissionis semper esse contra praeceptum affirmativum ut omissio sacri quod est contra praeceptum praecipiens auditionem sacri.

242 Dices contra hoc suppositum. Comedere die ieiunii est peccatum omissionis; id est contra praeceptum ieiunandi quod est affirmativum; praecipit enim affirmative, deinde non dare alimenta extreme indigenti est peccatum omissionis, id est contra praeceptum negativum non occidendi: ergo falsum est peccatum omissionis specialiter esse contra praeceptum negativum, et peccatum omissionis contra affirmativum. = Ad primum nomine quoad primam partem, scilicet quod praeceptum ieiunandi sit affirmativum, et non negativum, quia quod praeceptum sit negativum non consistit in eo quod explicetur per verba negativa; sed in eo quod debitum talis praecepti, seu res praecepta sit negatio, aut carentia alicuius rei, scilicet operationis: sicut quod sit affirmativum non consistit in eo, quod explicetur per verba affirmativa; sed in eo, quod res ipsa praecepta sit aliqua operatio, scilicet exercitium positivum: ergo cum res praecepta per praeceptum ieiunandi sit aliqua carentia, scilicet carentia plurium comestionum, ideo praeceptum ieiunandi negativum est.

Ad 2.um non suppositum minorem; scilicet quod praeceptum non occidendi sit absolute et adaequate negativum, quia praeceptum non occidendi est partim negativum et partim affirmativum, quia includat praecepto prohibito seu omissionis; et harum aliae sint operationes positivae ut propinatio veneni, inflictio vulnerum etc.; aliae sint negativae, ut ablatio alimenti: unde praeceptum resultat partim affirmativum et partim negativum. Unde fit quod peccata quae opposita fuerint parti negativae aliis propinatio veneni, vulnera etc. erunt peccata omissionis; peccata commissionis; quae opposita fuerint parti affirmativae qualis est negatio alimenti extreme indigenti erit peccatum omissionis.

244 Supponendum est 2.o Peccatum omissionis non importare necessario negationem operationis bonae, sed praecise negationem operationis debitae abstrahendo ab eo quod non quod sit bona lex. Ratio est,

quia omissio euadit peccatum, propter hoc quod sit negatio adimpletionis praecepti; sed adimpletio praecepti potest esse operatio bona et operatio non bona: ut auditio sacri die festo est adimpletio praecepti sive fiat ob motiuum religionis et ita sit operatio bona sive fiat ob motiuum vanae curiositatis et ita non sit operatio bona: ergo peccatum omissionis non importat necessario negationem operationis bonae.

245 Supponendum 3. peccatum omissionis intelligi posse dupliciter. Primo quod sit pura omissio, scilicet ~~quia datur actus voluntatis quo voluntas positive nolit ponere operationem praeceptam~~ suspensio ab omni actu voluntatis: 2° quod sit omissio non pura, scilicet quod detur actus voluntatis quo voluntas positive nolit ponere operationem praeceptam: quando hoc 2° modo fuerit omissio reuera talis actus nolitionis est peccatum omissionis, ut bene notat Pater Arriaga disp. 21, quia reuera talis actus est actus positiuus voluntatis; atque adeo tunc proprie non dabitur omissio operationis externae, et si forte ille actus voluntatis vocetur omissio, ut vult Pater Valentia. Quod debeat formaliter vocari omissio erit solum extrinsece, scilicet, quia imperat omissionem operationis externae. Unde dubitatur in quo peccatum omissionis consistat? Rogatur etiam de illo actu voluntatis detracto ad omissionem operationis externae.

246 Supponendum 4. dissidium esse inter Auctores in exponendo utrum omissio, quae inevitabiliter sequitur ex alia operatione libere posita sit secundum se peccatum, vel solum esse illa libera operatione ex qua sequitur talis omissio: ut quando libere quis se inebriat praeuidens ex tali ebrietate secuturam omissionem auditionis sacri sequenti die festo, utrum videlicet talis omissio sacri sit actualiter peccatum vel solum fuerit actualiter peccatum quando libere se inebriauit, negant esse actualiter peccatum plures cum Patre Vasquez 1. 2ae disp. 94. Affirmant aliqui cum Patre Suarez de peccatis disputatione 7.

247. Id bene advertitur P. Amicus de peccatis disp. 27 questione ca. de nomine; quia in primis omnes concedunt, illam omissionem sacri absolute dicendam esse peccaminosam: deinde omnes etiam concedunt, illam omissionem non esse actualiter liberam, id est, quia fuisse liberam in causa scilicet inebrietate libere admissa: ergo quod adversi opponentur; et solum differunt, an talis omissio dicenda sit peccatum actuale hic, et nunc, vel quodammodo quia dicenda sit peccatum habituale quod fuit actuale quia inebrietate libere posita: quod dissidium est de nomine.

Ergo idem pluribus in casibus non potest negari, omissionem necessario sequutam ex peccato aliunde libere posito non esse actualiter peccatum, quando actualiter ponitur: ut sacerdos projiciens breviarium in mare ob non recitandum, si deinde confiteatur, et poeniteat de suo peccato, non dicetur cotidiana omissione recitationis novum actualiter peccatum, quod privet gratia. Idem evenit licet sit peccatum omissionis necessario subsecutum ex operatione aliunde libere posita: ut si quis det alteri venenum ob interficiendum, et postea poeniteat et confiteatur antequam mors sequatur; tunc mors deinde sequuta non erit actuale peccatum, quod gratia privet.

249. Supponendum est, illam actionem quae fuerit causa omissionis non habere ullam specialem malitiam distinctam a malitia ipsius omissionis, si res dummodo talis actio procedens inde aliunde prohibita non sit: ut si ludus licitus fuerit causa omissionis sacri die festo, neque ludus participat malitiam ab omissione neque omissio a ludo; ac propterea sufficit in confessione se accusare de omissione peccaminosa sacri quin necesse sit explicare id fuisse ob motivum ludendi: si actio sit in se aliunde prohibita, ut ludus prohibitus a superiore, tunc talis ludus habebit specialem malitiam inobedientiae distinctam a malitia omissionis sacri: licet alii dicant, posse in confessione recte se accusare de ludo prohibito et de omissione sacri: alii vero dicunt necessario debere se accusare omissionem sacri fuisse ob ludum prohibitum.

250 Supponendum est tandem, questionem in sequenti circa substantiam peccati

omissionis posse esse de peccato actuali; quia de habituali postea dicendum est. Nec quaerit de peccato omissionis, quia cum illud sit negatio operationis certum est illud in negativo consistere. Quaerimus ergo utrum peccatum actuale omissionis formaliter consistat in ipsa entitate positiva actus peccaminosi, vel potius in aliqua privatione superaddita et subsequuta ad talem actum: sicut quando quaerit in quo consistat distinctio realis, quaerit quaenam sit illa entitas, cui formaliter competat esse distinctionem, utrum videlicet id consistat formaliter in ipsis entitatibus, vel in aliqua negatione superaddita ex ipsis entitatibus resultante. Ita similiter in praesenti quaerimus utrum malitia peccati omissionis formaliter consistat in ipsa entitate peccati secundum totum quod dicit, vel in aliqua privatione superaddita resultante ex ipsa entitate peccati. Caput 2um triplex sententia rejecta.

CAP. II^um

Triplex sententia rejecta.

251 1a est inter antiquos communior sententia docet, peccatum omissionis, in esse tali, consistere in privatione debitae rectitudinis, ita ut ipsum peccatum se habeat tanquam malitia fundamentalis, et quasi radix, ex qua resultet, et oriatur ea privatio, quae sit malitia formalis. Ita Dux Gabriel, Egidius, et P.P. Suarez, Molina, Valentia, Salas et plures alii, quos affert et sequitur P. Tanerus disp. 2 q. 5. = Sed haec sententia

252 Impugnatur 1o: quia si malitia peccati omissionis consisteret in privatione debitae rectitudinis, quodlibet peccatum omissionis haberet omnes omnino species malitiae omnium peccatorum, ergo furtum haberet malitiam specificam irreligionis, injuriae &c; sed hoc absurdum est, sequeretur inde omnia peccata esse ejusdem rationis et gravitatis: ergo. Probatur maior: quia peccatum furti non minus habet privationem rectitudinis justitiae quam religionis, humilitatis &c: ergo non minus haberet specificam malitiam justitiae quam irreligionis, injuriae &c. Impugnatur 2o: quia peccatum omissionis in esse tali, habere non potest privationem illam debitae rectitudinis: ergo in ea consistere non potest malitia peccati omissionis. Probatur ans: quia peccatum omissionis in esse tali, ungodium Dei incapax est habendi debitam rectitudinem; sed subjectum incapax habendi debitam rectitudinem habere non potest privationem debitae rectitudinis: ergo. Minor constat: quia

inao differt privao a mera negaone, qd privao debet ee carentia formæ in subto capaci talis fmæ; unde si peccatum in ee talis incapax e debitæ rectitudinis, illius privaonem habere n pot. Pbtur mar: qia peccatum commissionis in ee talis ug odium Dei e essalit malum, dicit qd essalit malitiam qprim sue speciei irreligionis in Deum; sed actus essalit malus, habens quæ ssa malitiam, e irrectitudinis incapax debitæ rectitudinis: Pg. Arguitur uns hoc ex eo qd oes adversarii dicant, talem carentiam rectitudinis debere ee n meram negaonem, sd privaonem: qia alioqin qiuis qr actus hens negaonem rectitudinis deberet necessario ee malus: debet qe ee rectitudo ec debita tali actui peccaminoso, et cuius sit rectitudo debita, illius carentia e privao.

Varie huic

253 arguto respondent adversarii varie explicantes illam privaonem debitæ rectitudinis. Respont 1° aliqi tho, actus peccaminosus ug odium Dei licet sub ultima raone specifica ee incapacem rectitudinis, qia sub illa ultima raone e essalit malus; ceterum sub raone generica actus humani e capax rectitudinis, et irrectitudinis, qia sub illa pcisa raone consideratus indifferens e ad rectitudinem et irrectitudinem. = Sed contra e 1°: qia redditur argum factum, scilt qd peccatum ug odium Dei etiam illo modo consideratum het privaonem rectitudinis omnium oino virtutum sub illa raone generica: Pg qdlibet peccatum etiam iuxta solutionem datam habebit oes species peccatorum.

Contra 2° qia

254 inde sequit, odium Dei pcise sub raone generica, seu pcise qua actus humanus, ee peccatum: qd falsum, qia ponitur sub ea raone generica non malitiam n dicit. Pbt illao: qia actus dicit, et e peccatum qatenus includit privaonem debitæ rectitudinis; sd solum includit et dicit iuxta solutionem datam privaonem rectitudinis sub raone pcisa generica actus humani: Pg pcise sub ea raone erit peccatum. = Preterea infert, qd odium Dei sub raone ultima specifica n sit peccatum. Pbt illao eodem mo: qia odium Dei sub raone ultima specifica n het privaonem rectitudinis: sd qd n het privaonem rectitudinis n e peccatum, si in tali privaone peccatum consistat.

ergo per rationem ultimam specificam negri peccatum.

255 Contra 2° quia eo ipso quod odium Dei per suam ultimam rationem specificam sit incapax rectitudinis, non potest dici habere privationem talis rectitudinis; licet illius capax sit per suam rationem genericam: ergo etc. Probatur ant: quia eo ipso quod homo per suam rationem ultimam specificam sit incapax summae perfectionis divinae non potest dici habere privationem summae perfectionis divinae, sed tantum illius puram negationem, licet homo sit capax illius per suam rationem genericam substantiae, aut viventis non dicat ea incapacitatem sicut licet lapis per suam rationem substantiae non dicat incapacitatem intelligendi, quia tamen illa dicit per suam rationem ultimam specificam lapidis non potest dici habere privationem intellectionis, sed tantum puram negationem: ergo licet odium Dei per suam rationem genericam non dicat incapacitatem rectitudinis, si eam dicit per suam rationem ultimam specificam, non potest dici habere privationem rectitudinis, sed ad summum puram negationem; quod adversarii non concedunt.

256 Ad haec respondent odium Dei per suam rationem genericam non tantum dicere capacitatem rectitudinis, sed illam exigere, quia actus humanus ex ratione talis exigit rectitudinem; quod non habet homo per suam rationem genericam respectu perfectionis divinae; neque lapis respectu intellectionis: atque adeo actus peccaminosus ratione huius exigentiae dicit habere non negationem, sed privationem rectitudinis. = Sed in primis instaurari possunt instantiae factae contra hanc solutionem. Deinde contra: quia implicat quod ratio generica contrahatur per differentiam essentialiter exclusivam a tali ratione generica: sed si peccatum per suam rationem genericam essentialiter exigeret rectitudinem, contraheretur per differentiam essentialiter exclusivam: ergo etc. Probatur minor: quia talis ratio generica contraheretur per differentiam peccati; sed ratio generica exigeret essentialiter rectitudinem excluderet essentialiter differentiam peccati; excluderet enim rationem talis rectitudinis, nunc privationem, in qua iuxta adversarios consistit differentia peccati: ergo ratio generica contraheretur per differentiam essentialiter exclusivam.

257 Respondent alii rationem privationis rectitudinis

n̄ dici priuaone rū pecci, ita ut ipsũ peccatũ sit subiectũ talis pri=
uaonis; sed rū uoluntatis, ita ut uoluntas sit eius mi subiectũ. Cũ q uo=
luntas capax sit rectitudinis, ideo illius carentia debet dici priuao;
et n̄ priuao. = Sed ctra e 1º: qa ipse actus peccaminosus, qi denomi=
nat, et e fr malus, et peccaminosus: ergo ipse actus debet ee subiectũ pri=
uaonis, in qua malitia csistit. Ans ctat: qia uoluntas n̄ denominat
peccatũ, sed causa pecci. Cõa etiã ctat: qia peccatũ e habens malitia
et coint habens id, in quo malia csistit: und rū pecci debet dici
priuao.

258 Ctra e 2º: qia nulla e rectitudo qua poit ea priuao pri=
uare uoluntatem; l ea rectitudinis assignent. = Dicunt aliqi;
rectitudinẽ qua talis priuao priuaret uoluntatem ee carentiam
pecci cmissionis. = Sed ctra: ergo talis priuao priuat uoluntatem
rectitudine, que e quedã carentia: ergo talis priuao n̄ e uẽ priuao,
sed potius res positiua. Pbtur hec ultima cõa: qia priuao carentiæ e
priuao rei negatiue; sed priuao rei negatiue n̄ e uẽ priuao, sed potius
res positiua: etenim rei negatiue solũ pot opponi ctradictorie res
positiua: ergo talis priuao n̄ e uẽ priuao, sed res positiua.

259 Dicunt alii P.
Salas, eã rectitudinẽ ee cformitatem cũ obligaone, qua uoluntas
tenet bene operari; que obligao p hanc cditionalẽ bene explicat,
uoluntas tenet bene operari casu quo uellit operari. = Sed ctra:
qia falsũ e uoluntatem teneri bene operari, casu quo uellit operari;
qia pot operari indiferent, ut iuxta pbabilissima scia, a qua mõ
abstinendũ e, dari poit actus indiferens homo ad speciẽ tum quo=
ad indiuiduũ. = Pr̃ terea: qia ea cformitas cũ obligaone bene
operandi rū cceptũ negatiuũ, ut n̄ peccandi, e omissio pecti, seu
n̄ ponere pectũ; sed omissio pecti e qid negatiuũ, et quedã carentia:
ergo ea cformitas e qid negatiuũ, et quedã carentia; sed ut dictũ e, pri=
uao rei negatiue n̄ pot ee uẽ priuao, sed res positiua: ergo priuatio

90

conformitatis bene operandi non esse privatio, sed res positiva.

260 Dicunt alii, esse privationem esse carentiam conformitatis cum lege. = Sed redit idem argumentum: quia carentia conformitatis cum lege negativa praecipiente, cum lege praecipiente non subtrahi e quidnatibus; ergo privatio talis conformitatis erit privatio rei negativae: et consequenter talis privatio non est privatio, sed potius quid positivum.

261 Dicunt alii esse carentiam ultimi finis, et gratiae. = Sed contra, quia ad excludendum ab anima ultimum finem et gratiam, sufficit actus positivus incompatibilis cum tali gratia et ultimo fine: sicut ad excludendum calorem sufficit frigiditas: ergo ad excludendum ultimum finem et gratiam sufficit ipse actus peccaminosus, quin necessarium sit recurrere ad aliquam privationem.

262 2° Sententia docet, malitiam peccati commissionis consistere in quadam entitate superaddita distincta ab ipso actu peccaminoso, ab illoque resultante, seu pullulante, quam entitatem alii dicunt esse accidens physicum, alii esse morale, alii esse ens rationis, ita aliqui antiquiores. = Sed contra: quia si malitia peccati commissionis consisteret in entitate resultante ex actu peccaminoso, sequeretur quod ipsum peccatum in se nunquam esset formaliter malum; quod absurdum: ergo. Probatur maior: quia peccatum in se nunquam esset formaliter liberum; sed necessario resultaret ex ipso actu positivo voluntatis formaliter libero: sicut de actu operato dicitur quod in se non est formaliter liber, sed solum in actu operante quo positivo necessario resultat operatum; ita illa entitas superaddita, in qua peccatum consisteret necessario resultaret ex actu positivo peccaminoso, ergo peccatum in se nunquam esset formaliter malum. Consequentia patet: quia non potest in se formaliter malum quod in se formaliter liberum non est.

263 3a Sententia docet, peccatum commissionis consistere in positivo simul, et negativo privativo, ita ut malitia adaequate coalescat ex ipso actu positivo et privatione debitae rectitudinis. Ita aliqui, sub nomine citati a Patre Gran. Ibron B. = Sed haec sententia impugnatur eisdem argumentis atque 1a. Item 2°: quia sequeretur, quod libet peccatum habere malitiam saltem negativam bis peccatorem

cum qdlibt peccatum haberet privaonem rectitudinis oium virtutum: Deinde qia in qolibet peccato, ut ginodio Dei qua tali non pot dari privao rectitudinis cui sit incapax talis rectitudinis: Ergo qua parte hec ra constituit peccatum commissionis pp privaonem falsae.

CAP. III.

~~Sit nra solutio~~ Nra sententia.

264 Nostra docet peccatum actuale commissionis consistere in positivo scilt in ipsomet actu positivo qut libere posito contra dictamen scientie, contra naturam rationalem, contra legem Dei et sic iuxta eius q̄ ll. de constitutione methaphisica pecci in comuni. Ita Caiet, et Zumel et PP Vasq Lessius Ant Perez Arriaga, Oviedo, Arriaga tomo 3 in 1am 2e disp 70 sect quacum ll.

265 Sit nra solutio. Peccatum actuale commissionis consistit in positivo, scilt in ipso actu peccaminoso libere posito. Pbt 1o: qia quo ille posito actu libero contra scientiam, seu contra obligaonem pp scientiam opposita ponitur peccatum, et quo ille eo ablato aufert peccatum: Ergo malitia pecci commissionis in ipso actu qut libere posito consistit. Pbt ans qia quo ille posito actu libero contra scientiam ponit operao vituperabilis et Deo displicens, et eo quo ille ablato non remanet operao vituperabilis, neque Deo displicens, sed operao vituperabilis et Deo displicens peccatum est: Ergo quo ille posito ponit peccatum; et quo ille ablato, aufert peccatum.

266 Respondebis, quo ille posito actu libero contra scientiam poni malitia fundamentalis seu radicalem non vero formalem: que malitia formalis est privao rectitudinis orta ex ipso actu positivo peccaminoso; sicut praedicata animalis, et rationalis licet sint fundamentaliter non vero formaliter; distinguntur tamen per operaonem intellectus superveniente. Contra, qia malitia reperta in ipsomet actu peccaminoso est per contra scientiam seu contra obligaonem pp scientiam opposita: Ergo malitia formalis et non quo ille fundamentalis. Conseqtia pt: qia id quod solum radicaliter et non formaliter habet raonem malitie solum radicaliter, et non formaliter erit contra obligaonem pp scientiam opposita:

gia eo modo malia erit quo fuerit 9tra tale obligaone. Obstans: quod idē formalit 9tra obligaonē p̄ scia ꝙ posita quod adipiat scia sr ꝙ ponit ut malus; sed a scia formalit ꝙ ponit ut malus actus ipse peccaminosus, quē libere ponit: ergo est 9tra obligaone p̄ scia ꝙ posita.

267 Obst 2º. Secundo: gia actus libere positus 9tra sciā het prioritatē ad ipsā privaonē rectitudinis iuxta ipsos adversarios, cū iuxta ipsos sit radix et fundamentum talis privaois; sed actus peccaminosus in priori ad talē privaonē het formalē et essalē maliciā: ergo malia formalis dat in ipso actu in priori ad privaonē, cōsequenter ꝗ in ipso actu nō in privaone ergo 9sistit malia formalis. Obst mir: gia in illo priori intelligitur actus difformis dictamini scię; sed actus difformis dictamini scię het formalē et essalē malia: ergo actus in illo priori het formalē et essalē maliā. Mar 9itat: gia in illo priori intelligit actus quē libere positus 9tra sciā. Mir etiā 9itat ex ea ssā distinctione methaphisica maliç de nº 29, imo in quantum ꝗ ssa het eadem vim argum: gia in illo priori intelligit etiā actus difformis nae raoali difformis legi etc.

268 Obst 3º: gia p hoc sufficit quod intelligat voluntas ponens libere actus 9tra obligaone p̄ scia ꝙ posita ꝗ sit malia pecci 9missionis ergo in eo actu libero 9sistit talis malia. Obst ans: gia p hoc sufficit quod intelligat voluntas ponens libere actus 9tra obligaone, sibi ꝙ posita intelligit voluntas male moralit operans; sed negit intelligi voluntas male moralit operans quin det malia formalis pecci 9missionis: ergo p hoc sufficit intelligit malia formalis pecci 9missionis. Mar 9itat: gia p hoc sufficit quod intelligat voluntas ponens operaone quā vitare tenebat. Mir etiā 9itat: gia sicut voluntas negit intelligi operans, quin detur operao; ita neque male moralit operans quin det malia formalis operationis.

269 Obst 4º: gia voluntas a nulla alia forma, quasi forma pot denominari peccans 9missive nisi ab actu libero positivo peccaminoso: ergo malia pecati 9missionis in eo actu 9sistit. Obst ans: gia voluntas a nulla alia forma pot denominari

peccans omissive, nisi a re a qua denominet, et peccans et omittens; sed a nulla alia re praeter potest ita denominari, nisi ab actu peccaminoso positivo: ergo. Maior constat: quia malitia peccati omissionis in eo differt a malitia peccati omissionis ut talis, quod malitia peccati omissionis denominet voluntatem et peccantem et omittentem; malitia autem peccati omissionis denominet, et peccantem et omittentem. Probatur minor: quia voluntas sola potest denominari, et peccans, et omittens a forma, quae sit omissio; sed omissio non potest esse nisi actus positivus: ergo a nulla alia forma potest denominari et peccans, et omittens, nisi ab actu positivo. Maior constat: quia sola omissio denominat omittens. Minor etiam constat: tum, quia purum nihil, qualis est carentia, non potest esse omissio, quae importat operationem: tum, quia in eo distinguitur omissio ab omissione, quod omissio sit positiva, positio actus, omissio autem carentia omnis actus.

270 Probatur 5°. quia malitia peccati omissionis auget per augmentum ipsius actus positivi liberi positi: ergo consistit ipsa malitia in actu positivo. Consequentia patet: quia sicut verum est dicere quod sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis; eodem modo verum est, quod sicut se habet magis ad magis, ita simpliciter ad simpliciter; atque adeo bene arguitur quod si subiectum fit magis calidum per augmentum caloris, fit simpliciter calidum per calorem. Probatur antecedens: quia odium Dei magis, aut minus grave est quo maior aut minor est conatus voluntatis deliberatio, et libertas: ergo malitia auget per augmentum ipsius actus positivi.

271 Probatur tandem: quia malitia peccati omissionis in esse talis consistit per id, quod est non adimpletio praecepti negativi v.g. non furandi; sed solus actus positivus potest esse non adimpletio praecepti negativi: ergo malitia peccati omissionis solum potest consistere per actum positivum. Maior constat: quia peccatum omissionis, seu per se contra praeceptum negativum est contra adimpletionem praecepti negativi, ut constat ex dictis n° 241. Probatur minor: quia non adimpletio praecepti negativi v.g. non furandi est id quod opponitur adimpletioni talis praecepti; sed solus actus positivus potest opponi adimpletioni praecepti non furandi: ergo. Probatur minor: quia adimpletio praecepti non furandi est carentia

cau n° positio fuit; id carentiae et negationi solum pot opponi aliquid positivum. Id in peccato nihil aliud pot nisi ipse actus qui libere positus: ergo solus actus qui libere positus pot oponi adaequate pletioni [illegible] negativae. Caput [illegible] obiectiones.

CAP IV.

obiectiones

272 Obiicit 1° ex scriptura et P.P. 1°: quia D. Aug. illa verba Joannis 1°: et sine ipso factum est nichil per lum nihil intelligit peccatum: peccatum quidem non per ipsum factum est: et manifestum, quia peccatum nichil est et nichil fiunt homines cum peccant. — 2°: quia peccatum communiter vocat obscuritas et tenebras, ita cum appellat D. Greg. libro 7. in 1. Regum: quid est peccatum nisi tenebrae? quid bonum opus nisi lumen? — 3°: quia clarius D. Aug. de civitate Dei libro 11. peccatum appellat privationem mali nulla natura est, sed dominio boni mali nomen accepit: et plura alia, quae inidem reinsidant allata ab [illegible] in methaph. disp. 11; id est nichil tenebras, et privationem peccatum, denotant, peccatum consistere in privatione: ergo.

273 Resp. quod dictas auctoritates et quascumque alias, quae peccato nomen privationis aut carentiae tribuunt, intelligi debere de privatione logica, non de privatione physica: quia certum est, peccatum privare animam rectitudine et pluribus aliis bonis; quod explicari non pot nisi per negationem logicam, idest per propositionem negativam; caeterum ea omnia mala physice excludunt ab anima per ipsum actum positivum peccaminosum; sicut calor ei ipso privat subiecto in quo est, frigiditate illam per se ipsum excludens. Haec responsio dari debet quibuscumque testimoniis dicentibus malum privare rectitudine gratiae et aliis bonis supernalibus.

274 At vero quando dicit, quod peccatum est nihil, est quasi tenebrae, id intelligendum est in sensu metaphorico et similitudine ad aliquos effectus, sicut etiam, quando peccatum appellatur mors, id intelligi debet, quod sicut mors aufert vitam corporis, ita peccatum aufert gratiam ab anima quae est,

velut illius vita: eodem modo quando appellatur nihil, debet intelligi, quod peccatum nihil est pugnale, ac meritorium; et quando appellatur tenebrae, quod sicut tenebrae reddunt subiectum carens luce, ita peccatum reddit animam carentem gratia et aliis bonis, et quod non habeat per se summi illa locutio constat ex ipsis verbis Aug.; ubi non solum de peccato dicit esse nihil, sed etiam de hominibus peccantibus et nihil faciunt homines cum peccant.

275 Obiicit 2°: malitia peccati commissionis consistit in exclusione conformitatis cum dictamine conscientiae; sed exclusio talis conformitatis est aliqua carentia: ergo malitia peccati commissionis consistit in aliqua carentia, quae cum sit in voluntate capaci habendi [illegible] negativa erit privatio. Maior constat ex nostra doctrina de constitutivo metaphysico peccati, imo idem argumentum valet si consistat in difformitate cum ratione rationali aut cum lege [illegible]. Probatur minor: quia exclusio alicuius formae est carentia talis formae: ergo exclusio conformitatis cum conscientia est aliqua carentia.

276 Distinguo maiorem; si exclusio contradictoria conformitatis cum dictamine conscientiae est aliqua carentia, concedo maiorem; exclusio contraria, nego maiorem. Et distinguo probationem, distinguo antecedens: exclusio contradictoria alicuius formae est carentia talis formae, concedo antecedens; exclusio contraria, nego antecedens. Solutio patet exemplo: frigiditas potest excludi, vel per formam contradictoriam, scilicet per negationem frigiditatis, qualiter excluditur ab angelo, et potest excludi per formam contrariam, scilicet per summum calorem, qualiter excluditur ab igne: ita conformitas cum conscientia excludi potest, et per formam contradictoriam, qualiter excluditur in bruto, et per formam contrariam, scilicet per difformitatem positivam consistentem in actu positivo peccaminoso.

277 Opponitur 3°: peccatum commissionis essentialiter est quoddam malum; sed malum ut tale dicit essentialiter carentiam, aut privationem alicuius boni: ergo peccatum essentialiter dicit carentiam alicuius boni; et consequenter per aliquid negativum constituitur. = Distinguo minorem: sed malum ut tale essentialiter dicit carentiam alicuius boni debiti ratione positivi, nego minorem; alicuius boni, vel positivi, vel negativi, concedo minorem: nam aliqua bona positiva, ut gaudium [illegible] sacri, [illegible]

alio negativo, ut negao furti; veruntamen qd malum oppositum bono negativo involvit negaonem illius boni; ceterum qia bonum negativum est negativa, eius carentia debet esse positiva, et hoc habent oia peccata omissionis, quae necessario opponuntur praecepto negativo, ac pp terea in positivo oia consistere debent.

278 Obiicit 4o. Peccatum omissionis est aversio a Deo; sed aversio a Deo dicit essentialit carentiam Dei, quem derelinquit: ergo peccatum omissionis dicit essentialit carentiam Dei, et con[sequen]t pp aliquam carentiam consistit. Distinguo ma. peccatum omissionis est aversio physica a Deo nego ma.; affectiva et intensionalis concedo ma. Distinguo etiam mi.; id aversio physica a Deo dicit carentiam Dei omitto mi., aversio intensionalis et affectiva subdistinguo; dicit carentiam pp rie et rigorose talem nego mi., dicit carentiam Dei improprie et quoad aliquos effectus concedo mi.

279 Aversio affectiva et intensionalis hois a Deo, nihil aliud est, nisi qd voluntas hois deperdat charitatem, et gratiam, qua cum Deo iungebat amore amicabili; et qd dicimus hominem remanere sine Deo pp peccatum, non qia Deus antea fuerit for[malite]r aut [physic]e pro anima, qd requireret, ut absentia Dei a tali anima diceret pp rie et rigorose carentiam, et privaonem, imo neque Deus desinit esse praesentialit peccatori: dicitur autem dari carentiam Dei in anima pp peccatum quoad aliquos effectus, quos ante peccatum Deus efficiebat; scit qia Deus non regerit ut amicum, sicut antea regerebat; in quo nihil rigorose privaonis invenit, id pp rie id explicat p formaticos, atqe adeo ad summum dabit carentia logica.

280 Obiicit 5, peccatum omissionis est qid negativum: ergo et omissionis. Pbo coa, qia peccatum omissionis in raone peccati convenit univoce cum peccato omissionis; sed non posset cum illo univoce convenire, nisi etiam esset qid negativum: ergo. Pbo[tur] mi: qia ens negativum in nulla raone potest univoce convenire cum ente positivo: ergo peccatum omissionis non posset univoce convenire cum peccato omissionis, si peccatum omissionis non sit qid negativum. = Nego coa. ad probaonem concessa maiori, quam plures negant, nego mi. Ad pbaonem ipsi siit pot respondere. 1o nando absolute mi.; qia plures ss concedunt inqq ens positivum et negativum

possunt univoce convenire ut Deus, et ratio Deus univoce conveniunt in ratione obti, in ratione ñessendi Deus &c.

281 Respondeo pot 2° dicendo ens naturæ et positivum in nulla ratione physica conveniunt in ee entitativo possunt univoce convenire omitto me; in nulla ratione morali nomen. Ratio conceptus moralitatis cuius conceptus moralitatis nihil reale dicit, nec excludit, et ideo in ea ratione et conceptu possunt univoce convenire ens positivum et naturæ, quia quod physicata physica sint positiva aut negativa nihil faciunt ad conceptum moralitatis.

282 Obiicit 6°, peccatum communiter dicit defectum, et peccator dicitur vita efficiens, quia deficiens, id defectum, et deficere est quid naturæ; ergo non facere, ergo peccatum est quid naturæ. — Distinguo maiorem, peccatum dicit defectum, et peccator deficiens, id est declinans, recedo maiorem; id est nihil faciens sub disiuncto, nihil faciens in genere supernali recedo maiorem; in genere naturali nego maiorem. Quando peccator dicit, quod per peccatum deficit, id est intelligit, atque declinat a rectitudine vitæ spiritualis, quod si intelligat, quod nihil faciat intelligi debet in ea supernali aut meritorium poni, imo talium supernalium gratiæ deficit in sua anima. vitæ

283 Obiicit 7°: si malitia peccati commissionis, quæ totum quod dicit, est quid positivum, Deus esset causa totius malitiæ peccati; quod absurdum: ergo — Probatur sequela: quia si Deus esset causa totius malitiæ peccati, eodem modo diceret peccans, atque ipsa creatura. Probatur maior: quia Deus est causa omnis rei positivæ: ergo si malitia peccati commissionis quæ totum quod dicit est quid positivum, Deus esset causa totius malitiæ. Hoc argumentum facile habet retorsionem, quia etiam si malitia consistat in privatione, homo non ex dicitur, aut causat talem privationem, nisi ponendo actum positivum, ex quo necessario resultat talis privatio: privatio enim, sicut quælibet res negativa, a nulla causa physica producitur: ergo homo peccans, ideo dicitur peccans, quia est causa totius illius positivi, ex quo resultat privatio, in qua consistit malitia, sed etiam Deus est causa illius positivi: ergo idem inconveniens sequitur, sive malitia consistat in positivo, sive in privatione. negativa

284 Resolg dirigendo maj: si malitia pecci omissionis, ... totum qd dicit eet qd positivum, Deus eet causa fica malitiae pecci omissionis, omitto maj; et causa moralis, nam ... Adq baseq no ... Cur a Deus sit causa moralis, sicut ... solet assignari caput. ... qa Deo prohibita ... operao illa sicut prohibita homini. ... quo index inst ... peccat, et ho particularis inst ... peccat, licet ... Deus ... a talis ... ipso; ... licet Deus ponit ut auctor ... talem ... ut auctor ... illo ... : et sicut ... manu ab alio violent mota ... alium ... peccaret; peccaret ... illum violentaret: ita ho ... Deus peccat, Deus ... peccat, neque causa moralis talis pecci, licet ... dicat causa fica illius. Disp. ... in qua ... peccatum habituale - Cap. 1 supposita et ...

DISP.^o III.

in qua ... peccatum habituale.

CAP.^t 1^m

supposita et sententiae.

285 Alia pecci divisio e in actuale et habituale: peccatum actuale e ipsa actio, v. omissio peccaminosa du hic et nunc actualiter exercet. Peccatum habituale e, qd post transactam actionem aut omissionem peccaminosam remanet in ordine ad maculandam animam et ... odio Dei eodem mo, ac ... exercebat; ... actualiter amat et ... obm prohibitum, dicit habere peccatum actuale; transactaq illa actuali voluntate durare solet illud peccatum in ordine ad maculandam animam. De peccato actuali hucusque diximus: restat ... difficilis et celebris ... ingiremus: quid nam sit illud ratione cuius peccatum ia transactum et actuali fit habituale, et ratione cuius habitualiter ... in anima? Ad cuius resolutionem.

286 ... Supponendum e 1. certum et fide ee, dari peccatum habituale ratione cuius post transactam actionem

aut omissione peccaminosa, hoc verò est quod proprie denominat, est peccator inimicus Deo, dignus aeterna pœna per se eodem modo atque si tale peccatum actualiter daretur. = Supponendum 2.° eadem esse difficultatem de peccato mortali, atque de veniali, quia eque utrumque est potest esse actuale et habituale.

287 Supponendum est 3.° in quo sensu hic accipiatur ly habituale. Duplicit potest accipi hoc nomen habituale: 1.° pro eodem atque facilitas seu habitus generatus ex repetitione plurium peccatorum, ut habitus et facilitas mentiendi ex repetitione mentiendi. 2.° pro habituali pure tali, scilicet pro permanentia voluntarie talis, ratione cuius hic et nunc eodem modo quis reputatur, ac si actualiter vellet et placeret in actu praeterito; ut si quis hodie vellit dare eleemosinam Petro, dum non retractet talem voluntatem, dicitur ea voluntas habitualiter perseverare.

288 Est 3.° pro habituali morali scilicet pro perseverantia morali alicuius actus; ratione cuius actus praeteritus equivalet sibi ipsi quoad actualitatem quoad suos effectus ita ut auferri non possit libere ipsi, neque auferri possit nisi per contra aut quasi contra extinctiva illius; ut votum quo quis se libere obligat perseverat quoad obligandum eodem modo atque si actualiter daretur, ita ut neque Deus possit tollere eam obligationem licet resipiscat et retractet priorem voluntatem; id quod possit tolli per relaxationem quae est contra aut quasi contra extinctiva illius obligationis. Similiter evenit in lege: in matrimonio: et in aliis contractibus. Quaestio praesens non est de duratione habituali in 1.° neque in 2.° acceptione, sed in hac 3.° sumendo ly habituale pro eodem atque duratione morali. unde quaestio est: in quo consistat moralis duratio peccati. ?

289 Supponendum 4.°, peccatum habituale licet superaddat aliquid intrinsecum in ratione habitualis supra peccatum actuale, non ideo resultare peccatum diversum ipsi quoad malitiam, neque maiorem aut minorem gravitatis, et intensionis

ab ipso peccato actuale: unde si peccatum actuale erat peccatum in-
iustitiae gravitatis ut 8, quod transit in habituale erit etiam peccatum iniusti-
tiae gravitatis ut 8; neque distinctione pecci habitualis in eo habitu-
alis ex aliqua nova ratione, id est quia perseverantia seu duratio mora-
lis eius pecci commissi; quod si occurrat tempore talis durationis obli-
gatio confitendi, aut se iustificandi, et non faciat, habebit novum peccatum
caeterum illud primum peccatum adhuc durat intra eandem speciem, et gra-
vitatem.

290 Supponendum est, peccatum habituale sumptum quod dicit esse
quoddam concretum afferens tanquam subiectum ipsum peccantem commissum, et
tanquam formam habitualem, seu perseverantiam moralem: unde conveniunt
omnes, quod peccatum habituale denominative et specificative sumptum
esse peccatum commissum; difficultas vero et scholarum varietas stant in assig-
nanda forma denominante tale peccatum habitualiter, seu moraliter
durans: seu in assignando in quo consistat ea duratio moralis. — In qua
difficultate:

291 Prima sententia docet, peccatum habituale in eo talis consistere in
reatu ad poenam. sic Blaizon Gab et communiter scholastici cum subtili Doctore
in 4 dist 14 q 1a in eadem inclinat P. Thirsus tomo 2 disputatione 4
dissimode tamen huius Stae. Alii cum reatum ad poenam explicant. Alii di-
cunt, peccatum habituale consistere in reatu passivo, scilicet in ipsa dig-
nitate qua peccatum esse dicitur ad poenam. Alii dicunt consistere in reatu
activo, scilicet in destinatione divina qua Deus poenam assignat peccato. =
Sed qua ratione haec sententia explicetur

292 Impugnatur 1o ex Trid sess 6 cap 14, ubi
de reatu ad poenam, ait, quod una cum culpa remittitur: ergo quia culpa et
reatus ad poenam sunt duo distincta in re; ut denotat ille modus loquendi, quod
remittit reatum simul cum culpa. = Deinde, quia inter Baii propositiones
damnatas haec est 56: in peccato duo sunt actus, et reatus; transeunte
actu nihil remanet nisi reatus: ergo transeunte actu peccaminoso non

remanet formaliter reatus, id formaliter remanet peccatum habituale: ergo peccatum habituale non consistit formaliter in reatu ad pœnam.

Impugnatur 2º: quia
293 si peccatum habituale consisteret in reatu ad pœnam, tunc daretur peccatum mortale quando dat reatum ad pœnam æternam; et tunc daretur peccatum veniale quando dat reatum ad pœnam temporalem; id hoc falsum: ergo. Probatur minor: quia remisso peccato quoad culpam, et remissione eius reatu ad pœnam æternam, plerumque manet adhuc reatus ad pœnam temporalem; id tunc non remanet peccatum veniale; alioqui peccatum remissum transiret in veniale, et ita non remitteretur adæquate quoad culpam: ergo falsum quod id, quod dat reatum ad pœnam temporalem, det peccatum veniale: et consequenter ex eadem ratione falsum erit a paritate quod id quod per se dat reatum ad pœnam æternam det peccatum mortale.

294 Impugnatur 3º; quia neque reatus activus neque passivus potest esse peccatum habituale: ergo peccatum habituale nullo modo consistit in reatu ad pœnam. Probatur antecedens quoad 1am partem: quia peccata in inferno damnatis commissa non habent reatum activum, seu destinationem divinam ad aliquam pœnam, Deus enim nullam pœnam peccatis damnatorum assignat: ergo peccatum habituale non consistit in reatu activo ad pœnam. — Probatur idem antecedens quoad 2am partem eodem modo et eadem ratione: quia reatus passivus peccati ad pœnam, idem est atque meritum pœnæ; id in peccatis damnatorum in inferno commissis non datur meritum pœnæ, cum in alia vita neque meritum neque demeritum detur: ergo neque in reatu passivo consistit.

295 2a sententia docet, peccatum habituale consistere in morbida qualitate relicta ex peccato actuali. Hanc sententiam tribuit Greg. in 2º dist. 3. Idem impugnatur: quia peccatum habituale, ut diximus nº 292, est idem cum peccato actuali; et sine dubio talis qualitas adæquate non debet ab illo distingui; id morbida qualitas est adæquate distincta a peccato actuali: ergo in ea non potest consistere peccatum habituale. 3a sententia docet peccatum

102

habituale consistere in habitu vitioso a peccato actuali genito, ita Fasolus in 1ª 2ª dist. 14. Sed impugnatur 1º eadem ratione, qua praecedens illa: quia habitus vitiosus aequè à peccato distinguitur, ac actu peccaminoso: ergo in tali habitu non consistit peccatum habituale. = 2º: quia habitus vitiosus potest tolli per actus naturales contrarios aut supernaturales non sufficientes ad iustificationem; idneque actus naturales, neque supernaturales non sufficientes ad iustificationem possunt tollere peccatum habituale: ergo. 3º: quia posito unico peccato actuali, datur deinde peccatum habituale, id dimissum, non generatur actus: ergo potest dari peccatum habituale, quin detur habitus vitiosus generatus a peccato actuali.

296 2ª sententia docet, peccatum habituale consistere in aversione habituali a Deo ut legislatore, seu in habituali difformitate cum lege aeterna. Ita Turrel et Palacios in 2º dist. 22. Sed impugnatur: quia per tale aversio habitualis intelligitur, quod sit aversio peccati praeteriti, seu aversio praeterita peccati; vel aliquid aliud praeter aversionem peccati praeteriti. Si intelligatur, quod sit aversio peccati praeteriti, seu aversio praeterita, in ea non potest consistere peccatum habituale, cum ea aversio praeterita inauferibilis sit, remaneatque post remissum peccatum; tum quia semper verum est dicere data fuit aversio; sicut semper verum est dicere, datum fuit peccatum: si intelligatur aliquid aliud praeter aversionem peccati praeteriti, quidnam hoc est, quod inquirimus, et hic 2ª sententia non explicat: ergo non admittendum, peccatum habituale consistere in tali habituali aversione. —

297 3ª sententia docet, peccatum habituale consistere in carentia retractationis ex parte peccatoris. Ita Palludanus et Ricard in 2º dist. 35. = Sed impugnatur: quia peccatum habituale neque in carentia retractationis efficacis, neque inefficacis potest consistere: ergo in nulla. Probatur antecedens quoad 1am partem: quia adhuc posita retractatione inefficaci, scilicet attritione, adhuc durat peccatum habituale; id tunc datur carentia retractationis efficacis: ergo adhuc non data carentia retractationis efficacis datur peccatum habituale: et consequenter in ea non consistit. Probatur idem antecedens quoad 2am partem: quia siquis infidelis habens peccata habitualia cum sola attritione petierit baptismum, et deinde in amentiam incidat ante receptionem baptismi;

si deinde per baptismum auferunt peccata illa habitualia, quin detur retractatio perfecta, scilicet contritio: Ergo sine retractatione perfecta auferri potest peccatum habituale, et consequenter in carentia retractationis perfectae non consistit. Deinde, quia non videtur implicare Deum remittere peccatum sine actu proprio peccatoris; sicut remittit infantibus peccatum habituale originale in baptismo.

298 6 sententia docet, peccatum habituale consistere in peccato praeterito, et carentia prioris delentis et destruentis peccatum quin assignet, quaenam sit ista prava deletiva peccati. Ita aliqui Thomistae. Sed haec sententia licet verum dicat, inexplicatam relinquit difficultatem: quia non est dubium, quod libet durationem consistere in carentia illius, quod est formale destructivum talis durationis: assignare autem, quae carentia haec sit assignando eius formale, haec est difficultas; atque adeo idem omnino sine aliqua explicatione dicit haec sententia; atque si diceret, peccatum habituale consistere in duratione habituali et morali peccati; quae nullo modo explicatio est: Ergo talis sententia reiicienda est.

299 7 sententia relata a P. Arriaga disp. 4, docet, peccatum habituale consistere formaliter in peccato praeterito non obstante carentia condonationis divinae. Sed haec sententia impugnatur: quia si carentia condonationis divinae solum veniret ut connotato, formaliter intellecto peccato praeterito deberet esse aliquid constitutivum peccatum habituale; et adaequata essentia peccati habitualis consisteret essentialiter in solo peccato praeterito; sed hoc falsum est: alioqui post remissum peccatum daret peccatum habituale essentialiter constitutum; cum etiam post peccatum remissum sit peccatum praeteritum: Ergo peccatum habituale nequit consistere in peccato praeterito non obstante carentia condonationis divinae.

300 8 sententia docet, peccatum habituale consistere essentialiter et in recto etiam in peccato praeterito et in carentia condonationis divinae; seu in hoc, quod est fuisse peccatum, et adhuc non esse a Deo condonatum. In hanc inclinat P. Arriaga disp. 13 cap. 5. Sed impugnatur: quia si peccatum habituale consisteret in carentia condonationis divinae, nullo alio modo posset intelligi tolli peccatum habituale, nisi per

fol

ꝯdonaone diua; ꝗ̃ id pot intelligi à liô mo tolli peccatu habituale: ꝗ̃ n̄ ꝯsistit in ea carentia ꝯdonaois diuæ. Probatur min: quia ꝑ hoc, qd intelligat tali ꝯdigna, et æqualis satisfactio ꝑ peccato, tollit peccatum; ꝗ̃ pot intelligi aliô mo tolli peccatum quam ꝑ ꝯdonaone diua. Ant ꝯstat: quia nomine ꝯdigna et æqualis satisfacone ꝑ peccato intelligit extinctem debiti cũ iustitia offendentis.

301 Deo 11ᵃ docet, peccatum habituale ꝯsistere in carentia ꝯdignæ satisfaconis. Ita aliqui apud P. Salas 1ᵃ 2ᵉ tractatu 13. — Sed impugnat: quia sine ꝯdigna satisfacone ex tali pot remitti, et tolli peccatum habituale: ergo peccatum habituale n̄ ꝯsistit in carentia ꝯdignæ satisfaconis ex tali. Probatur ant: quia licet Xpus dñs n̄ satisfecisset ꝯdigne ex eo, qd Verbum Dei incarnatum n̄ fuisset, adhuc peccatum posset remitti a Deo, liberaliter illud ꝯdonando, aut infundendo gratiam; et nulla alia ꝯdigna satisfactio ꝑ peccato datur nisi a Xpo Dño ꝑstita. Ergo sine ꝯdigna satisfacone ex tali pot tolli peccatum.

deest Verbum

302 10. 11ᵃ docet, peccatum habituale ꝯsistere in ꝯiuncto ex carentia ꝯdonaois diuæ, et ex carentia ꝯdignæ satisfaconis ita ut peccatum remitti possit vel ꝑ ꝯdonaone diuam, vel ꝑ ꝯdignam satisfacone, et nullo alio mo remitti possit. Ita P. Salas loco citato, et P.P. Arriaga Ouiedo et Hugo sect. 3 n. 48. Sed hæc 11ᵃ veritate aut falsitate ꝯtinebit iuxta dicenda ambobus in praxi ꝯclusione. Cap. 2 Vltima 11ᵃ reiecta.

CAP. II

Vltima sententia reiecta

303 Vltima 11ᵃ docet peccatum habituale in actu ꝯsistere in priuatione gratiæ habitualis. Ita Capreolus, Medina, et ꝯmuniter thomistæ referentes Dñum Thomam ꝗ̃ ꝑ q 85 art 2 et aliis in locis. Ita etiam P.P. Toletus Suarius et Valentia disp 6 q 16 pun 1. Varie tn hanc 11ᵃ explicant sui factores alii qd dicunt, adæquatam essentiam pecci habitualis ꝯsistere in sola ꝑriuatione gratiæ ꝯnotante peccatum ꝑteritum. Alii ipsum peccatum ꝑteritum,

in recto longa distinctione admittunt. Alii confundunt in qua fa-
litate inflantis cum qualitate et fealitate sanctificantis; et horum
alii dicunt, peccatum habituale consistere in privatione gratiae quatenus con-
ciliae informantis; alii quatenus conciliae sanctificantis quod explicant
per fealitate carentiae nitoris et pulchritudinis animae. Alii in
privatione gratiae conciliae quatenus gratia est dignitas ad gloriam.
Sed in quorum quocumque sensu hoc sit ponat privationem gratiae tanquam constitutivum
pecci habitualis.

504 Impugnat 1º: quia si privatio gratiae esset constitutivum
pecci habitualis, privatio maioris gratiae esset maius peccatum
habituale; sed hoc est falsum; ergo et quod privatio gratiae sit constitutivum
pecci habitualis. Maior constat: quia privationes non possunt alio modo
magis aut minus denominare, nisi quia privent maioris aut minoris
formae; atque adeo magis denominat privatio plurium graduum caloris
quam privatio unius gradus caloris. Probatur minor: quia si ex duobus
hominibus alius habeat mille gradus gratiae et alius habeat unicum, et uterque
idem aequale peccatum futurum committat, tale peccatum alium privat centum
gradibus gratiae et alium privat unico; sed in tali casu unum pecca-
tum non est maius alio: ergo falsum quod privatio maioris gratiae sit maius
peccatum et privatio minoris gratiae sit minus peccatum.

505 Impugnat 2º:
quia peccatum veniale non durat habitualiter per privationem gratiae
sicque mortale. Ante constat: quia gratia perseverat simul cum peccato veniali.
Probatur cons.: quia peccatum veniale habitualiter durans non distinguitur a peccato mor-
tali habitualiter duranti in ratione durationis habitualis seu habitualiter
durantis, sed solum in ratione gravitatis et levitatis: ergo si peccatum veniale
in ratione durantis habitualiter non constituitur per privationem gratiae, neque constitu-
et mortale. Confirmatur: quia in eo praedicato in quo duae entitates conveniunt
non possunt habere diversa constitutiva. Ante etiam constat: quia hoc quod est habitu-
aliter durare aeque rigorose et proprie convenit peccato veniali, quam mortali

116

ut supposuimus n° 288.

306 Impugnat 3° quia quando quis committit 2um peccatum mortale contrahit novum peccatum habituale, sed non contrahit novam privationem gratiae, cum ... primi peccati supponat ea privatio gratiae: ergo peccatum habituale non consistit in privatione gratiae. Nisi arguitur ab exemplo: quia si corpus opacum causet privationem lucis in hac aula licet deinde addatur aliud corpus opacum non causabit novam privationem lucis.

307 Respondebis 1° dari novam dignitatem privationis gratiae cum dari eadem privationem ex pluribus titulis; et hoc sufficere, ut dicatur novum dictum peccatum habituale. Contra: quia illud 2um peccatum habituale non consistit in privatione gratiae sed in dignitate cum titulo ad privationem gratiae; et consistit in aliquo dicto ab ipsa privatione gratiae. Probatur consequentia: quia ponit novum dictum peccatum; sed non ponit de novo dicta privatio, sed per esse nova dignitas et novus titulus ad privationem: ergo illud 2um peccatum habituale non consistit per privationem gratiae sed per dignitatem et titulum ad talem privationem.

308 Respondebis 2° esse novum dictum peccatum a priori peccato per dictum peccatum praeteritum, licet non per dictam privationem, quia peccatum praeteritum est etiam partiale constitutivum peccati habitualis; Contra: quia hoc 2um peccatum habituale est adaequate dictum a priori peccato habituali: ergo non solum debet distingui a priori peccato ratione unius constitutivi, sed etiam ratione alterius. Probatur antecedens: quia idem 2o moraliter est peccatum habituale atque peccatum actuale; sed 1um peccatum actuale dictum est adaequate a 2o peccato actuali: ergo etiam 1um peccatum habituale debet esse adaequate dictum a 2o peccato habituali.

309 Impugnat 4° quia si tota essentia peccati habitualis consisteret in peccato praeterito et privatione gratiae, per hoc ipsum quod intelligeretur in hoc peccatum praeteritum et privatio gratiae, daretur peccatum habituale; sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor: quia quando quis post remissa peccata iterum peccat mortaliter intelliguntur in eo illa priora peccata praeterita et privatio gratiae quin intelligantur

illa oia pecca habitualia, atiogi daret unum uirtute peccorum pro missione cuiuslibet pecci, qd fere nullus admittit: ergo

310 Respondebis peccatum habituale consistere in privatione gratiae inductam in hac hoie peccati praeteriti; et qde in praedicto casu induceret talis privatio proveniens intuitu novi peccati, non autem intuitu priorum peccatorum; ac propterea talis privatio solum constituit illud novum peccatum habituale. Id constat: quia reddit argumentum supra factum, scilicet qd peccatum habituale non consistat in ipsa privatione gratiae, quatenus non exigentia seu dignitate pecci ad privationem gratiae: id haec exigentia seu dignitas est quid distinctum ab ipsa privatione gratiae: sed non in privatione gratiae, sed in aliquo ab illa distincto consistit peccatum habituale.

311 Impugnatur 2º: quia privatio gratiae est effectus et poena pecci; sicut collatio gratiae est praemium meriti; ita privatio gratiae est poena demeriti, seu pecci: sed peccatum habituale non potest consistere in privatione gratiae. Respondebis privationem gratiae esse poenam pecci actualis, non autem pecci habitualis, ac propterea posse consistere peccatum habituale. Id constat: quia peccatum habituale eandem omnino poenam meretur, atque peccatum actuale: sed si privatio gratiae est poena pecci actualis, etiam erit poena pecci habitualis. Probatur ans: quia idem omnino peccatum quoad malitiam eandem omnino poenam meretur: sed peccatum habituale idem omnino peccatum est quoad malitiam atque peccatum actuale, ut supra diximus: ergo peccatum habituale eandem omnino poenam meretur atque peccatum actuale.

312 Impugnari etiam solet haec sententia ex pluribus aliis argumentis. Tertio, qd possit Deus de potentia absoluta remittere peccatum per puram condonationem extrinsecam ipse per voluntariam cessionem sui iuris sine ulla infusione gratiae eo modo, quo homo de facto remittit offensam, contra quam insurgunt ab aliis omnia sine infusione alicuius qualitatis intrinsecae: quod si possit, tunc non peccatum habituale per privationem gratiae consisteret. Tertio, qd negari non possit de potentia Dei absoluta simul peccatum et gratiam in eadem anima, sicut coniungi possunt de potentia absoluta Dei duae formae positivae contrariae, ut calor, et frigus in eodem subiecto. Et sicut utriusque casus possibilitatem negent adversarii; insurgunt contra ipsos argumenta, quae illam possibilitatem probant.

CAP. IIII.
Nostra conclusio. —

313 Sit nostra conclusio: Peccatum habituale essentialiter consistit in peccato praeterito, et carentia condignae satisfactionis formalis, vel virtualis: eo ipso, qd peccatum fuerit et nondum posita sit pro illo condigna satisfactio saltem virtualis. Condigna satisfactio formalis est, quae in aestimatione, et valore tantum valet, quantum offensa; ita ut illa posita nullum ius maneat in persona offensa

ac odio habendu personā offendente; et si adhuc odio habeat, iniuria agit. Ubi adverte, haec condignam satisfactionem (pro cuius carentia constituimus peccatum habituale) nec satisfactionem pro pœna, id satisfactionem pro debito odii divini, scilicet qua extinguatur ius, quod Deus habet ad odio habendum peccatorem; quæ quidem sit, an possit dari satisfactio pro offensa quin sit pro pœna, lectura. Condigna satisfactio virtualis est, quæ in ordine ad extinguendum ius personæ offensæ eodem modo se habet, ac si esset condigna satisfactio reverà illi oblata: sicut dictio realis virtualis dicit quæ in ordine ad aliqua eodem modo se habet, ac si esset revera realis dictio.

914 De secunda quoad 2 partem, scilicet quod peccatum habituale constituat per peccatum præteritum, seu per hoc, quod peccatum positum fuerit, facile probatur: quia peccatum habituale dicit essentialiter peccatum moraliter durans; sed si nullum intelligatur peccatum præteritum, nequit intelligi peccatum moraliter durans; et si intelligatur peccatum et non præteritum, intelligetur peccatum actuale non vero habituale: ergo peccatum habituale nequit essentialiter intelligi, quin intelligatur peccatum præteritum, seu quod peccatum positum fuerit. = Et quidem quoad hanc partem omnes, aut fere omnes conveniunt. Et ergo præcipua conclusionis pars est.

915 Probatur 1º quia peccatum habituale in esse tali consistit in carentia illius quod destruit perseverantiam moralem peccati, seu in eo, quod non detur id, quod possit destruere et extinguere peccatum habituale in esse tali; sed sola condigna satisfactio destruit perseverantiam moralem peccati, extinguitque peccatum habituale in esse tali: ergo in carentia talis satisfactionis consistit peccatum habituale. Maior constat: quia per illud ablato destructivo perseverantiæ moralis peccati ponitur perseverantia moralis illius; et consequenter perseverantia consistit in carentia seu non positione talis destructivi. Probatur minor: quia quid potest extinguit perseverantiam moralem peccati per quod extinguit illam dignitatem peccati, ut a Deo odio habeatur peccator; sed sola condigna satisfactio saltem virtualis potest extinguere eam dignitatem: ergo sola ea satisfactio potest extinguere perseverantiam moralem peccati.

Sed dices: quia condignitas peccati, ut a Deo odio habeatur peccator, est quoddam debitum se tenens ex parte peccatoris erga Deum offensum; sicut in humanis quod durat offensa erga alterum hominem, nihil aliud est quam debitum alteri taliter satisfaciendi, ut per talem satisfactionem ponat aliquid equivalens offensae; id debitum solum potest extingui per condignam satisfactionem et solutionem saltem virtualem: ergo.

316 Respondebis; posse utique extingui illam condignitatem peccati aliter, atque per condignam satisfactionem, scilicet per condonationem divinam; qua Deus vellit cedere iuri, quod ratione peccati habet ad odio habendum peccatorem: quod etiam patet in humanis: quia simpliciter potest extingui debitum, quod unus homo habet respectu alterius, vel per condignam solutionem reddendo equale, vel per hoc, quod dominus debiti condonet, et cedat iuri, quod habet ad petendum tale debitum: unde falsum erit, quod per solam condignam satisfactionem possit formaliter extingui peccatum habituale et eius debitum.

317 Haec responsio aliquid veritatis et aliquid falsitatis continet, ac propterea eius sensus explicari debet. Condonatio divina simpliciter potest considerari, seu simpliciter formalitas potest distingui in ea condonatione: alia est quatenus est condonatio activa, et vel ut actio se tenens ex parte Dei, per quam Deus denominatur condonans: alia est, quatenus passiva se tenet ex parte peccatoris, et est vel ut passio, per quam peccatum denominatur condonatum, et peccator denominatur liberatus a debito peccati. Talis divina condonatio attenta sua prima formalitate non est formaliter extinctiva peccati debiti: quia sub ea praecisa formalitate activae condonationis solum habet denominare Deum activum et agentem ex parte ipsius Dei volentem extinctionem peccati: ergo sub ea praecisa formalitate non est extinctiva formaliter peccati. Argumentum constat a paritate actionis, et passionis: quia causalitas activa praecise considerata, et quatenus praecise actio est solum habet denominare causam activam et agentem et extra producentem; et sub ea praecisa ratione non habet denominare formaliter effectum productum; id quod habebit quatenus causalitas passiva seu quatenus passio est.

318 Illa vero condonatio passive considerata quatenus se tenet ex parte

peccatorum, ut sic est per extrinsicum peccati denominans per peccatorem liberum ab debito et dignitate peccati; sicut causalitas quatenus passio est denominat per effectum productum: ceterum condonatio divina sumpta hanc passivam formalitatem est virtualiter, et equivalenter condigna satisfactio pro peccato. Probatur: quia condonatio divina passive sumpta a Deo grato, et quatenus denominat peccatorem liberum ab debito peccati, reddit peccatorem tanquam si peccator offerret equalem satisfactionem et solutionem pro debito peccati: id reddere peccatorem tanquam si offerret equalem satisfactionem et solutionem pro debito peccati est virtualiter, et equivalenter equalem satisfactionem et solutionem; sicut reddere extrema tanquam si essent ex dito est virtualiter et equivalenter dita, ut evenit in divinis inter personalitates et essentiam: ergo divina condonatio passive sumpta a Deo grato est virtualiter, et equivalenter equalis satisfactio. Confirmatur: quia Deus ita condonans vult eodem modo se gerere quoad peccatorem ac si condigna satisfactio illi oblata fuisset a peccatore: ergo ea divina condonatio eodem modo debet reputari ac si esset condigna satisfactio: et consequenter est virtualis condigna satisfactio. Probatur antecedens: quia Deus condonare peccatum nihil aliud est quam velle se reputari tanquam satisfactum pro debito peccati: ergo vult eodem modo se gerere quoad peccatorem, ac si illi oblata fuisset condigna satisfactio.

219 Hinc constat, in quo haec sententia non differat ab illa posita n.° 304 constituente peccatum habituale per carentiam condonationis divinae: nunc quia per eam sola carentia illud constituebat; nunc quia loquebatur de condonatione divina sumpta ut est quid habet rationem condonationis activae. Constat etiam in quo differat ab illa posita n.° 303 constituente peccatum habituale per carentiam condignae satisfactionis; quia loquebatur solum de condigna satisfactione formali. Ex qua differentia constat, in quo conveniat et in quo differat ab illa posita n.° 306 constituente peccatum habituale per carentiam condignae satisfactionis, et simul per carentiam condonationis divinae: quia si loquitur de condonatione divina sumpta ut est quid est condonatio formalis, se tenens active ex parte Dei, ut loqui videtur eadem, falsa nobis erit; sin vero loquatur de condonatione divina passive sumpta, et quatenus est virtualis condigna satisfactio, vera nobis erit.

720 Dbt 1º solvo: illud e formalis virtualis condigna satis-factio, quae habet eundem effectum formalem, atque habet condigna satisfactio formalis talis; sed quaelibet forma aut quasi forma destructiva peccati debet habere eundem effectum formalem, atque habet condigna satisfactio formalis talis: ergo quaelibet forma destructiva peccati debet esse formalis aut virtualis condigna satisfactio: et consequenter in carentia talis satisfactionis consistere debet peccatum habituale. Maior constat: ideo distinctio quae datur in divinis intellectus et personalitatis, dicitur distinctio virtualis realis, quia habet eundem effectum formalem, atque haberet distinctio realis actualis, si revera daretur. Dbt minor: quia condigna satisfactio, et aequalis solutio alicuius debiti habet pro effectu formali extinguere tale debitum; neque ad aliud finem dirigitur aequalis solutio, et dare aequale pro aequali, nisi ad extinguendum debitum; sed quaecunque forma destructiva peccati extinguit debitum peccati: ergo quaecunque forma destructiva peccati est condigna satisfactio saltem virtualis.

721 Dbt 2º solvo: quia nisi intelligatur condigna satisfactio saltem virtualis, intelligitur in peccato ratio offensae: ergo condigna satisfactio saltem virtualis est forma destructiva peccati habitualis; et consequenter solo carentia illius consistit peccatum habituale. Dbt ans: quia nisi intelligatur condigna satisfactio saltem virtualis intelligitur in peccato ratio iure fundans obligationem satisfaciendi Deo; sed dum intelligitur ratio iure fundans obligationem satisfaciendi Deo, intelligitur in peccato ratio offensae: ergo nisi intelligatur condigna satisfactio saltem virtualis, intelligitur in peccato ratio offensae. Minor constat: quia licet in aliquo debito cesset ex alio capite obligatio satisfaciendi pro illo, atque ob impossibilitatem reddendi aequale pro illo, dummodo maneat ratio iure fundans obligationem satisfaciendi, manet revera tale debitum: sicut revera manet debitum satisfaciendi in eo, qui alteri debebat centum, et ob paupertatem hic et nunc ea solvere non potest.

722 Dbt maior: quia dummodo non intelligatur condigna satisfactio saltem virtualis, non intelligitur extincta illa ratio, quae iure fundabat

obligaone satisfaciendi: etenim illa rao fundat in offensa n satisfacta: Ergo cum illa satisfactio intelligat, intelligit rao lusa fundani obligaone satisfaciendi. Aresitas in quolibet debito aut offensa alteri irrogata, que qidem fundat obligaone satisfaciendi tale debitum aut offensam non dum satisfacta: offensa nondum satisfacta tolli n pot nisi per satisfactionem, ut ex terminis stat; qia nondum satisfactum per satisfactum tollit sicut n lucidum per lucidum, n album per album &c. Id si tollat per condonaonem divinam illa tunc et s cesset munus satisfaconis erit qd satisfactio ex termis et eqivalenti modo dicto. Capt. 3 argumta contraria.

CAP. III.

Argumenta contraria

323 Oppoit 1o: peccatum habituale debet ee aliqid intrinsecum et inherens peccatori; sed neqe peccatum preteritum neqe carentia satisfactionis est aliqid intrinsecum et inherens peccatori: ergo n pot consistere peccatum habituale. Maior stat ex Tridentino sess. 5 asserente peccatum originale ue inee parvulis: qidem e potiori titulo dicendum de peccato habituali adultorum. Probatur minor: qia peccatum preteritum ia nichil est et carentia satisfaconis ut pote puram negationem etia nichil est, sed qd nichil est n pot ee intrinsecum et inherens anime peccatoris: Ergo. = Distinguo maiorem, peccatum habituale debet ee aliqid intrinsecum et inherens phice peccatori nego maiorem: intrinsecum et inherens saltem moralit concedo maiorem. Ad probaonem distinguo minorem: sed qd nichil est tam phice quam moralit n pot ee intrinsecum et inherens anime concedo minorem; qd nichil est pure phisicum n pot ee intrinsecum et inherens anime subdistinguo n pot ee intrinsecum et inherens phicum concedo minorem: n pot ee intrinsecum et inherens moralit nego minorem.

324 Quod nichil est phisicum n pot phice inherere subiecto, qia n pot dari unio phica inter nichil et ens: ceterum pot inherere moralit qia inherere moralit alicui subiecto nichil aliud est quam ita se habere et reputari quoad suos effectus tanquam si revera phisice inhereret: et hoc habet peccatum habituale respectu peccatoris, itantum ut revera

dicat illi in Deum eodem modo, atque dicit tale peccatum esse suum: sicut non proximè

ab aliquo dicit durare in illum et propriè, ueremini, postquam actus ueniendi tran=

sit; quia in rebus moralibus sicut sola moralis perseverantia sufficit ut res mo=

ralis absolute dicat durare; ita moralis inhaerentia sufficit, ut absolute

dicat inhaerens.

325 Opponit 2°: entitas physica durans: ut Petrus in esse durans, non

constituit per carentiam formae destructiuae illius: ergo neque peccatum in esse moraliter

durantis debet constitui per carentiam condignae satisfactionis destructiuae illius.

Distinguo antecedens: entitas physica durans in esse durantis non constituit per carentiam

formae positiuae destructiuae illius, concedo antecedens: non constituit per carentiam formae nega=

tiuae destructiuae illius, nego antecedens: Petrus, et quaelibet entitas physica durat, uel

per suamet entitatem uel per entitatem aliam positiuam: unde forma destructiua

talis durationis debet esse aliquid negatiuum, scilicet negatio Petri: ac

per consequens ipsa duratio positiua Petri est carentia suae negationis, et

consequenter Petrus ut durans constituit per id quod est carentia formae negatiuae

at uero in peccato, ut moraliter durante, euenit contrarium; quia

sua duratio est aliquid negatiuum, et eius forma destructiua est aliquid posi=

tiuum, scilicet condigna satisfactio; ex quo patet, quod carentia formae destructiuae Petri

utpote carentia rei negatiuae est aliquid positiuum, carentia uero formae

destructiuae peccati est aliquid negatiuum utpote carentia formae positiuae.

326 Opponit 3°. Peccatum habituale est effectus remanens ex peccato

actuali praeterito: ergo peccatum habituale non constituit per peccatum praete=

ritum. = Distinguo antecedens: peccatum habituale est effectus remanens ex pec=

cato praeterito in genere causae in Deum, omitto antecedens; in alio genere cau=

sae, nego antecedens. Peccatum habituale, ut supra diximus, idem peccatum est

in ratione moralis maliciae, atque peccatum actuale: ac per consequens non potest

esse eius effectus nisi adiecimus in genere causae in Deum, et tamquam illius

constitutiuae.

327 Oppponit 4. Deus odio habet peccatum habituale ut habituale,

in illo quod displicet; id non odio habet carentiam condignae satisfactionis etiam virtualis; cum non odio habeat carentiam suae divinae condonationis: ergo peccatum habituale ut habituale non dicit essentialiter carentiam condignae satisfactionis etiam virtualis: = Distinguo maiorem: Deus odio habet peccatum habituale ut habituale cadente reduplicatione supra singulas partes, nego maiorem; cadente reduplicatione supra totam collectionem, concedo maiorem. Solutio patet exemplo: verum est dicere, homo, quatenus homo generatur, si illa reduplicatio cadat supra totam collectionem partium hominis indivisibiliter acceptam, quia collectioni convenit denominatio generati ratione unius partis, scilicet unionis; at vero si reduplicatio cadat supra singulas partes hominis, falsa erit propositio, quia non convenit singulis partibus esse generatas. Sic similiter peccatum habituale ut habituale collective acceptum displicet Deo ratione unius partis, scilicet pro ratione peccati praeteriti; licet Deo non displiceat carentia suae condonationis: sicut etiam verum est dicere Deum odio habere peccatum qua peccatum, quia non odio habet libertatem, quae peccatum constituit.

328 Instas: ergo Deus non displicet, id proinde complacet in duratione peccati, consequenter quod durat peccatum: quod etiam absurdum est. Consequentia patet: quia duratio peccati est ipsa carentia condignae satisfactionis; quam carentiam nos concedimus Deo non displicere. = Distinguo consequens: ergo Deus complacet absolute et ante in duratione peccati, nego consequentiam; consequenter et ex suppositione, concedo consequentiam. Eodem modo potest dici Deus complacere in illa duratione, seu in remissione peccati, quo dicitur complacere in illa damnatione peccatorum ex suppositione peccati actualis, et defectus poenitentiae; quam non vult absolute, et ante, quia neque vult ipsius peccati neque ipsius impoenitentiam.

Opponitur 4º. Si peccatum habi-
329 tuale consisteret in carentia condignae satisfactionis esset impossibilis ablatio peccati habitualis: sed hoc absurdum et haereticum est: ergo. Probatur maior: quia ex parte peccatoris est parum creata condigna satisfactio pro peccato mortali;

ut tenet communis theologorum: ergo est impossibilis ablatio peccati habitualis. = Nego maiorem: ad cuius probationem simpliciter potest responderi. Vel distinguendo antecedens: impossibilis est condigna satisfactio pure creaturae formaliter talis: omitto antecedens; virtualiter, et aequivalenter talis nego antecedens: Diximus enim donationem divinam aequivalenter condignam satisfactionem creaturae; quatenus ita se habet, ac si creatura offerret condignam satisfactionem in ordine ad extinguendum debitum peccati, et haec divina donatio possibilis est, imo et datur quoties creatura se disposuerit per contritionem, et alia media necessaria ad iustificationem.

330 Responderi potest 2°: distinguendo aliter idem antecedens: impossibilis est condigna satisfactio exhibita, aut exhibenda a pura creatura; concedo antecedens: exhibita a fideiussore creaturae, nego antecedens: ad hoc, ut aliquis condigne satisfaciat pro aliquo debito, non est necesse, quod illud solvat ex suis propriis bonis; sufficit, quod aliquis tanquam eius fideiussor solvat pro illo; hoc modo est satisfactio exhibita a Christo Domino tanquam hominis fideiussore, et haec condigna satisfactio applicatur per poenitentiam et sacramenta, et alia media exhibita a creatura.

331 Instabis: ergo condigna satisfactio licet possibilis sit non est libera homini; et consequenter non libera homini carentia talis satisfactionis. Consequentia patet: quia condigna satisfactio formalis solum potest poni a Christo Domino; et satisfactio virtualis a solo Deo; atque adeo libera non est creaturae: Minor: sed peccatum habituale debet esse liberum homini: ergo peccatum habituale non potest consistere in carentia talis condonationis. = Distinguo consequens: ergo condigna satisfactio non est libera homini in se ipsa, concedo antecedens, non est libera in alio, nego antecedens. Condigna satisfactio saltem virtualis connectitur cum dispositionibus ad iustificationem, quae dispositiones liberae sunt homini: Unde liberum est homini ponere antecedens connexum cum tali condigna satisfactione, unde talis satisfactio libera est homini, licet non in se ipsa; in ante illam inferente.

332 Opponitur 6. Dictum non ponat retractatio peccatoris circa peccatum praeteritum durat peccatum; et posita ea retractatione tollitur peccatum: ergo in carentia

retractaone, et non in carentia alicuius factionis consistit peccatum habituale. Probatur antecedens: quia peccatum durat dummodo durat voluntarietas actus peccaminosi; et destructa ea voluntate tollit peccatum; sed dummodo non ponatur retractatio peccati praeteriti durat voluntarietas actus peccaminosi; et posita retractaone tollitur ea voluntarietas: ergo. Maior constat: quia peccatum equalit dicit voluntarietatem, et libertatem; atque adeo sine voluntarietate non potest dari peccatum. Minor constat a paritate: quia si quis habuit intensionem interficiendi Petrum, talis intensio dicitur voluntarie durare, dummodo eam intensionem et voluntatem non retractet; et eo ipso, quod retractet, iam non datur ea voluntaria intensio interficiendi. = Hoc argumentum probat, etiam per retractaonem non per factum, scilicet per attritionem tolli peccatum; et hoc probat paritas de intensione interficiendi Petrum, quod nullus catholicus concedet.

333 Nego antecedens. Ad probationem distinguo maiorem: peccatum durat dummodo voluntarietas actus peccaminosi durat in se ipsa nego maiorem: dummodo durat quoad eius effectus concedo maiorem: durat voluntarietas in se ipsa communis ita se habet quoad denominandam voluntatem volentem et amantem aliquid obiectum eodem modo, ac si actualiter vellet et amaret; et in hoc sensu utique tollit voluntarietatem cuiuscumque actus per retractaonem. Durat vero voluntarietas alicuius actus quoad eius effectus communis per talem actum contracta fuit aliqua obligatio quae obligatio non valit potest tolli nisi per aliquam formam, aut quasi formam determinatam. Et in hoc sensu solum potest tolli voluntarietas per talem formam, quod patet in matrimonio, et in voto quae voluntarietatem et libertatem in volunt equalit, et licet deinde detur retractatio, et ita auferat durationem voluntarietatis in se ipsa, ipsa non tollitur in ordine ad obligationem per talem actum contractam ita in peccato per quod contracta fuit condignitas odii divini, licet per meram retractaonem tollat voluntarietatem in se ipsa non tollit quoad effectum odii divini.

334 Opponit 3.º peccatum habituale consistit in reatu poenae: sed in

carentia condignae satisfactionis. Probatur autem multipliciter: 1° ab auctoritate scripturae, et PP. Deuteronomii 21: auferes a te reatum sanguinis. Et D. Dionisius de divinis nominibus cap. 4: puniri non est malum, sed fieri poena dignum: ergo reatus, seu dignitas poenae malum est peccatum. — Probatur 2° ratione: quia tunc homines intelligitur offensa condonata, quando in persona offensa aufertur voluntas puniendi: ergo tunc peccatum intelligitur remissum per hoc quod non datur voluntas puniendi, seu reatus activus ad poenam. Probatur 3° quia meritum consistit per ordinem ad praemium: ergo et peccatum, quod est meritum poenae consistit per ordinem ad poenam.

335 Ad argumentum non autem: ad 1am probationem ex scriptura et PP. aliqui respondent, illa testimonia intelligi debere de reatu offensae, quia reatus nihil aliud est quam ipsa offensa. Caeterum negari non potest, aliqua esse testimonia clare de reatu poenae loquentia, ac propterea respondeo, loqui de reatu radicali, in quo fundatur meritum poenae; qui reatus identificatur cum ipso peccato; et quidquid sit, an reatus radicalis sit essentialiter, et formaliter ipsum peccatum, an passio illius? Bene potest dici talem reatum radicalem esse malum ut pote idem re cum peccato: quin inde inferatur, in reatu formali, et destinatione ad poenam consistere essentialiter et formaliter peccatum habituale: quod si scriptura et PP. communiter explicent peccatum per talem reatum poenae id non faciunt ad explicandam essentiam metaphysicam peccati, de quo parum curant: sed ad explicandum id, quod magis deterret homines, et moveat ad fugiendum peccatum.

336 Ad 2am probationem non autem: quia non formaliter per hoc, quod persona offensa nolit poenam suae offensae, tollit offensam; potest enim quis nolle punitionem personae offendentis, et adhuc illam odio habere, et eius amicitiam detestari. — Ad 3am probationem omisso antecedente, nego consequentiam: disparitas est; quia meritum formaliter habet rationem meriti, et in hac formali ratione meriti nihil aliud intelligitur praeter ordinem ad praemium: unde si peccatum formaliter diceret rationem meriti poenae,

ceu raone demeriti, etiã sitˢ meret ptiue pordine adpœnã: cu tñ peccatu primario dicit raone offensę in Deo, ex qua orit rao demeriti, seu rao meriti ad pœnã; unde peccatu, cu sitˢ debeat p primariã raone in ea tališ et nõ p laxiã, ideo nõ debet sitˢ p ordine adpœnã.

117 Oppõit tandē. Peccatu habituale essaliťˢ sitˢ in privaone graę: ḡo nõ in carentiã ɔdignę satisfactionis. Pbt ãns ɔplicit: 1º; qia dignitas odii inimicabilis Dei cu peccatore ɔuenit ex defectu graę: ḡo in eo defectu, seu privaone sitˢ peccatu habituale. Pbt ãns: qia dignitas odii inimicabilis ɔuenit ex defectu amicitię; id graa e amicitiã Dei: ḡo ɔuenit ex defectu graę. = Pbt 2º: qia peccatu habituale essaliť oppositu et metaphice inɔpatibile cu graa, sitanē, nisi sitˢ p privaone graę:

118 Negoma. Ad 1m pbaone no ãns. Ad pbaone omitto, qd graa sit amicitia Dei, qd patit varias explicaones, nomq: qia sidignitas odii inimicabilis ɔueniret ex defectu amicitię, talis dignitas eẽt effus privaois graę, qd falsũ, qia potius ipsa dignitas odii dini, quę e ipsa rao offensę e causa talis privaois. = Ad 2m pbaone ɔplicit pot responderi: 1º negando ãns: qia iuxta pluries sta graa et peccatu solu opponunt moralit aut adsumu ɔtrarie. et ita salte de pot Dei absoluta ɔpati possunt in eadē anima sicut ɔpati possunt in eode subto calor et frigus. = 2º respondi pot omitto anti nando eo, qia sa aliquę qualitates metaphice oppositę et inɔpatibiles, licet positivę sint. et hoc mo aditruunt qo plures ascensu et discensu: accessu et recessu rucius de mi: et hoc mo pot dici opponi graa et peccatu. Dii pº q de oppoone et inɔpatibilitate pecci cu graa. Cap 1m suppoito

DISP. IV.

De oppositione et incompatibilitate peccati cum gratia

CAP. 1um

Supposita

339 Occasione ultimo dicti capitis occurrit examinandum hic an inter peccatum mortale et gratiam tanta sit oppositio, ut neque de potentia Dei absoluta possint compati simul in eadem anima? Ad cuius resolutionem supponendum est 1°, in hac providentia non posse simul iungi peccatum et gratiam. Hoc supposuimus contra Lorcam disp. 33 asserentem, peccatum mortale in 1° instanti reali temporis quo committitur, iungi simul cum gratia si ante peccatum supponebatur gratia in anima. Sed haec sententia communiter a theologis reiicitur, praesertim postquam a Pio 5° et Gregorio 13 damnata est haec Baii propositio: homo existens in peccato mortali sive in reatu aeternae damnationis potest habere veram charitatem.

340 Supponendum est 2°, Doctores varios in assignanda ratione, unde haec incompatibilitas quae de facto datur inter gratiam et peccatum conveniat: alii dicunt, convenire ex intrinseca physica oppositione, sicut incompatibilitas caloris cum frigore ex eiusmodi oppositione convenit. Alii dicunt, convenire solum ex decreto Dei decernente non ferre, nec conservare gratiam ad praesentiam peccati mortalis, quin aliqua detur oppositio ex natura rei. Alii dicunt convenire ex oppositione pure morali, quae oppositio moralis duplex potest esse: 1°, quia peccatum infert expulsionem gratiae de meritorie et tanquam sui poenam: 2° ratione indecentiae quae oritur ex eo, quod entitas ita pulchra qualis est gratia consistat in consortio rei foedissimae qualis est peccatum mortale. Qui solum oppositionem moralem, aut ex decreto divino admittunt; facile etiam admittent, posse in alia providentia iungi peccatum cum gratia. Difficilior adhuc resolutio est, supposita oppositione ex natura rei et ex intrinseca natura gratiae et peccati; seu supposita oppositione physica adhuc possint compati

42

de poa Dei absoluta; ac oppterea ut max longus det questioni, prunc dimittimus, comittimus, ea dari oppositione extra rei int peccatum et graam.

341 Supponendum est 3°, peccatum mortale non expellere graam, neque graam expellere peccatum in genere efficienti, seu tanquam causa efficiens, sed solum expellere formaliter, seu in genere causae formalis; unde solus Deus expellit tanquam causa efficiens graam per ablationem suae actionis productivae, seu conservativae talis graae; sicut solus Deus eam tanquam causa efficiens produxit: quod patet in expulsione frigiditatis ad praesentiam caloris, qui calor non expellit efficienter, neque est causa efficiens destructiva frigiditatis; sed destructiva formaliter, id est tanquam forma informans subiectum, exigensque expulsionem ministrandi a tali subiecto, ad cuius exigentiam causa efficiens suspendit suam actionem productivam aut conservativam frigiditatis: ita peccatum positum in anima exigit expulsionem graae, ad cuius exigentiam Deus suspendit actionem conservativam graae.

342 Supponendum est 4°, peccatum, licet physice opponatur graae, non videtur opponi secundum physicam suam entitatem. Suppositum patet: quia eadem met actio peccaminosa secundum physicam et realem sui pot dari sine ea oppositione et incompatibilitate cum graa, ut patet, actus homicidii si fiat cum semi plena, aut sine ulla advertentia, erit eadem actio secundum physicam et realem sui; et nihilominus posset de facto compati cum graa, quia tamen non haberet malitiam moralem mortalem: unde licet oppositio peccati cum graa sit oppositio physica, id non debet intelligi quod opponatur secundum ea physica; sed quatenus oppositio physica dicit plurima oppositione peccati mortalis.

343 Supponendum est 5°, nos abstrahendum esse a quaestione: utrum graa distinguatur, vel distinguatur realiter ab habitu charitatis: sive graa nihil aliud dicit quam habitus charitatis, ut aliqui volunt cum Scoto in 2° dist. 27: sive sit alius habitus realiter distinctus a charitate, ut alii volunt cum Eximio doctore

tomo 3° de grãa cap. 12 eadem exit difficultas: imo etiam si habitus charitatis et habitus grãae sint duo habitus realiter distincti, fere eadem difficultas, an de potentia Dei absoluta possit peccatum compati cum habitu grãae atque cum habitu charitatis? Sed cum tenus in presenti de solâ incompatibilitate cum habitu grãae loquamur.

344 Supponendum est 6° praecipuam difficultatem in praesenti esse de incompatibilitate grãae cum peccato mortali abstrahendo ab eo, quod sit peccatum actuale, vel habituale: velut ratio conceptus peccati, et grãae ita inter se opponant, ut ubicumque reperiat ratio pecci mortalis sit impossibile, quod reperiat grãa? Ex quo fit, quod si vel unicum detur peccatum mortale compatibile cum grãa, necessario erit absolute affirmandum, peccatum mortale posse compati cum grãa, licet reliqua omnia peccata propter sua particularia constitutiva incompatibilia sint cum grãa. ~~Hoc supposito~~

345 Hoc supposito pono, quod aliqui cum Torre et R. Thirso tom. 3° disp. 10 ita dirimunt quaestionem judicant, ut defendant, grãam posse de potentia Dei absoluta compati cum peccato actuali, minime vero cum habituali; et cuius illae ratio esse solet; quod peccatum habituale constituatur per privationem grãae, per quam non constituitur peccatum actuale, ex quo inferunt, quod licet peccatum actuale compati possit cum grãa; peccatum vero habituale dicens essentialiter privationem grãae non possit cum grãa compati. Sed quod peccatum habituale per privationem grãae non constituatur, dicimus a nobis, manet ad n° 307. Et licet praecipua difficultas sit de incompatibilitate grãae cum peccato abstrahendo ab eo, quod sit actuale vel habituale, nihilominus de habituali etiam dicemus saltem in solutione argumentorum.

346 Supponendum est 7°, infusionem grãae, imo et infusionem primae grãae inacriventer loquendo posse dari sine remissione pecci, eo, quod peccatum non praecesserit. Supponitur pro in Adamo, et in B.ma Virgine quibus infusa fuit prima grãa sine ulla remissione pecci; ex quo infert, e dicta beneficitia, ferre grãam,

atq͡ [illegible] remissionem pecci: unde tota difficultas ex̄ illius, in quo supponit peccatum: an Deus possit illi [illegible] gratiam, quin remittat peccatum; vel ex̄ illius, in quo supponit gratiam: an possit Deus in illo relaxare gratiam, licet peccet mortaliter. Videtur, a contrario: gratia et peccatum habent oppositionem metaphysicam, qualem habent forma et eius privatio, quae simul coniungi non possunt in eodem subiecto etiam de potentia Dei absoluta, licet simul abesse possint. Vel solum habent oppositionem mere naturalem, qualem habent calor et frigus, quae licet naturaliter coniungi non possint, possunt tamen de potentia Dei absoluta.

947 1a. sententia docet peccatum et gratiam habere oppositionem metaphysicam, atque adeo nec de potentia Dei absoluta posse coniungi in eadem anima. Ita PP. Suarez, Amicus, Lurrianus et Bargas 1a. 2ae. disp. 208, et communiter thomistae cum Ricardo in [illegible] 17 ar. 4o. = 2a. sententia docet, peccatum et gratiam non opponi metaphysice, posseque de potentia Dei absoluta coniungi in eadam anima, licet in assignanda ea oppositione varie se habeant huius sententiae auctores. Aliqui defendunt, nullam omnino oppositionem habere inter se, atque adeo gratiam et peccatum, si spectentur [illegible] suas naturas attendant, posse etiam naturaliter coniungi, incompatibilitatem vero spectentur [illegible] a decreto divino decernente destruere peccatum ad [illegible] gratiam, et non relaxare gratiam ad [illegible] peccati. Ita Scholastici Nominales et [illegible] Conink de charitate disp. 22.

948 2i. alii defendunt inter gratiam et peccatum solum dari oppositionem moralem, consistentem in quadam inconvenientia recta in eo, quod pulchritudo gratiae deceret simul cum foeditate peccati, et in quadam [illegible] ut in creatura inimica Dei non deceret tam excellens donum gratiae. Ita PP. Lessius et Rip. tomo 2o. disp. ultima. = 3i. alii defendunt, inter gratiam et peccatum dari oppositionem contrariam physicam, qualem dant inter calorem et frigus, quae supernaturaliter [illegible] adeo possint. Ita PP. Arriaga, Oviedo et [illegible] tom. 1o. de gratia libro 7 cap. 19. Cap. 2 [illegible].

349

CAP. II.

Nostra conclusio.

Sit nra sclus. Non implicat peccatu, et grac simul jungi in eadem anima. atq adeo id evenire pot de pota Dei absoluta. Hanc sclusione aliqui pbare solent 1°. qia privaco grac solu e pæna pecci, illaque peccatu expellit p modu demeriti; sed Deus pot suspendere, seu n inferre pæna correspondente demerito; sicut pot suspendere pmiu correspondens merito; neq Deus tenet 9ferre omne pæna correspondente demerito: ig posito peccato in anima pot Deus n auferre graa. — 2°. qia voluntas dina remissiua pecci, seu remissio pecci e favor diuinus distus a ipsa graa: ig adhuc posito graa in anima habente peccatu poterit Deus n ponere illa remissione pecci, aliog in nacc favor, sd obligao. — Cæteru hæ raones supponunt, grac et peccatu n opponi fe raone suaru entitatu, sd pcise moralitr: qd sive veru sit, sive falsu, p maiori difficultatis explanaone oppoone fica int graa et peccatu admittimus l omittimus n° 354. Ac pptrea alitr nobis pbanda e sclus.

350

Pbt. 1°. qia ad posiione grac in anima habente peccatu n necessitat Deus ad destruendu peccatu: ig ad pcentia grac pot pseverare peccatu. Pbt ant: qia ad pcentia grac Deus movet ad destruendum peccatu ex 9placentia in graa; sd hæc 9placentia n e tanta, ut possit necessitare Deu ad destruendu peccatu: ig ad pcentia grac n necessitat Deus ad destruendu peccatu. Declar ratat: qia bonitas, et pulchritudo grac raone cuius opponit peccato e, qua movet Deu ad remittendu et destruendu peccatu: et quidu cu Deus liberaliter remittat peccatu, nihil aliud assignari pot, quo Deus moveat ad illud remittendu nisi posiio grac.

351

Pbt mir duplicit. 1°. qia —

124

a nulla bonitate creata et finita pot Deus necessitari ad destructionem peccati; sed bonitas gratiae e bonitas creata et finita: ergo ab illa non pot Deus necessitari ad destruendum peccatum. Probatur maior: quia a nulla bonitate creata et finita pot Deus necessitari ad amorem efficacem alicuius obiecti; etenim sola bonitas infinita pot cogere et necessitare voluntatem infinitam, qualis e voluntas divina ad amorem efficacem obiecti: ergo a nulla bonitate creata et finita pot Deus necessitari ad destructionem peccati.

Probatur 2° eadem minor: quia magis movet displicentia in peccato ad illud non remittendum, quam movet complacentia in gratia ad illud remittendum: sed complacentia in gratia non pot necessitare Deum ad remittendum peccatum. Consequentia: quia minus motivum non pot necessitare ad potentiam maioris motivi. Probatur antecedens: quia maior e displicentia quam Deus habet in peccato quam complacentia quam habet in gratia; sed complacentia quam habet in gratia movet ad remittendum peccatum; et displicentia quam habet in peccato movet ad illud non remittendum: ergo magis movet displicentia in peccato ad non remittendum, quam complacentia in gratia ad remittendum. Maior constat, tum quia iuxta plures malitia peccati e infinita, bonitas vero gratiae e finita: tum quia ad minus malitia peccati e altioris ordinis quam bonitas gratiae: tum denique quia peccatum e maius malum excogitabile; gratia vero non e maius bonum excogitabile.

Probatur 3° sic: quia posita gratia in anima habente peccatum non implicat suspendi expulsionem peccati: ergo de potentia Dei absoluta possunt coniungi in eadem anima gratia et peccatum. Probatur antecedens: quia expulsio peccati e effectus secundarius gratiae; sed non implicat effectum secundarium suspendi posita forma: ergo non implicat suspendi expulsionem peccati posita gratia. Minor constat in multis formis: ideo enim dicimus posse suspendi ab igne applicato combustionem stupae, quia combustio e effectus secundarius ignis: et similiter a calore calefactionem etc. Probatur maior: quia expulsio peccati e effectus formalis gratiae; sed non secundarius: ergo secundarius. Probatur minor: quia si expulsio peccati esset

effus taxius grae, impossibile est dari infusionem grae quin detur
expulsio pecci: etenim effus taxius sunt metaphice inseparabiles a
forma imo est idem realiter cum illa; sed potest dari infusio grae, imo et
primae grae, quin detur expulsio pecci, ut evenit in Adamo, et in
B. Virgine: ergo expulsio pecci non est effus taxius grae.

354 Probatur 2°, quia
nullus habitus opponitur metaphice cum actu sibi contrario, ita ut nec de
potentia Dei absoluta cum illo possit coniungi; sed gratia est habitus, et peccatum
est actus illi contrarius: ergo gratia non opponitur metaphice cum peccato,
ita ut nec de potentia Dei absoluta cum illo possit coniungi. Minor constat: quia
nihil communius quam vocare gratiam habitualem seu habitum gratiae.
Probatur maior: quia habitus, si supernaturalis sit, solum dat complementum potentiae elicere
actus supernaturales; sed complementum potentiae elicere actus supernaturales non opponitur
metaphice cum actu contrario: ergo complementum potentiae elicere actum fidei cum
actu haeresis; etenim adhuc potuerit ea opposito dari inter posse et
non posse, aut inter ipsos met actus: ergo nullus habitus opponitur metaphice
cum actu sibi contrario.

355 Contrarium potest: quia magis opponitur habitus fidei
cum actu haeresis quam habitus grae cum peccato. sed habitus fidei non
opponitur metaphice cum actu haeresis: ergo neque habitus grae cum pecca-
to. Probatur maior: quia magis opponitur cum alio habitus proxime et formaliter
illi opponitur, quam habitus solum remote et radicaliter illi opponi-
tur; sed habitus fidei formaliter et proxime opponitur cum actu haeresis; habi-
tus vero grae solum remote et radicaliter opponitur cum peccato: ergo ha-
bitus fidei magis opponitur cum actu haeresis quam habitus grae cum
peccato. Probatur minor: quia habitus fidei formaliter et proxime expellit
actum haeresis; habitus vero grae solum remote et radicaliter expellit
ipsum actum peccaminosum haeresis: ergo habitus fidei formaliter et proxime
opponitur cum actu haeresis; habitus vero grae solum remote et radicaliter
cum peccato. Antecedens constat facta comparatione grae cum ipso peccato haeresis

qd ime expellit ab habitu fidei, qui habitus dat poa proximam expulsiua heresis et productiua actus fidei; quod radix et radix ipsius habitus fidei, sicut e radix oium uirtutum: et sic ut solum mediate expellit peccatum heresis.

555 Obijcies 5°: quia oppositio maxima quae assignari pot int graa et peccatum e oppositio contraria, qualis dat int res positiuas se se mutuo excludentes; ideoque implicat coniungi de poa Dei absoluta in eodem subto formas solum contrarie oppositas: ergo implicat coniungi de poa Dei absoluta graa et peccatum in eadem anima. Maior constat: quia graa e res positiua, ut nullus dubitat: deinde peccatum saltem actuale consistit in positiuo, ut omnibus probatum manet. vel licet consistat in aliqua priuatione, erit in priuatione debitae rectitudinis, quae priuatio solum debitae rectitudinis opponitur priuatiue, non graae habituali. Minor constat in calore, et frigiditate: in albedine et nigredine etc, quae formae, licet contrarie opponantur, de poa Dei absoluta coniungi possunt in eodem subto.

557 Respondebis, graa et peccatum, licet solum contrarie opponantur, opponi in oppositione contraria quae vocat formalis, qualis dat int ascensum et descensum: int amorem efficacem et odium efficax eiusdem obiecti: et int accessum et recessum ab eodem termino; quae neque de poa Dei absoluta coniungi possunt. — Sed contra 1°: quia oppositio formalis et metaphysica solum e pot dari int formas, quarum essentia consistit in actuali exercitio et tendentia in aliquem terminum; non inter formas quarum saltem aliqua se habeat permanenter et habitualiter, sicut se habet graa habitualis: ergo graa et peccatum non possunt habere eam oppoonem quam uocant formalem. Ans constat facto decursu per oes formas metaphysice oppositas.

558 Contra 2°: quia illa contraria ascensus et descensus; amor et odium efficax, accessus et recessus, et

siquæ alia metaphysice incompatibilia assignent, sive compatibilia ratione sui, seu obiecti, in quod tendunt: quia inter formas, quarum saltem aliqua non habeat tendentiam in aliquem terminum, non dabitur formalis et metaphysica oppositio. Probatur ans: quia ex eo habent eam formalem et metaphysicam incompatibilitatem, quia virtualiter involvunt, seu inferunt duplex contradictionem; sed illud inferunt ratione obiecti, in quod tendunt: ergo ratione obiecti habent eam incompatibilitatem. Probatur min: quia duplex contradictionem, quod assensus et dissensus inferunt, est obiectum simul esse et non esse, quod inferunt amor et odium, obiectum simul esse bonum et non esse bonum, oppositum ut tale: quod inferunt accessus et recessus, est obiectum simul esse approximatum et non esse approximatum: ergo inferunt contradictoria ratione obiecti.

359 Contra 3°: quia plures admittunt, posse coniungi in eodem intellectu assensum et dissensum; amorem et odium formalem circa idem obiectum ratione diversi motivi: et etiam accessum et recessum a beodem termino ex suppositione, quod corpus sit in loco alio: ergo si licet id posse admitti, nunc gratia et peccatum quæ cumque habeant oppositionem, deinde oppositio formalis contraria sit. ═. Ideo Emin. Noris loco citato asserit, oppositionem formalem et metaphysicam solum posse reperiri inter actus vitales tendentes virtualiter in obiectum.

360 Rogabis 1°: an saltem sit possibilis gratia habitualis metaphysice incompatibilis cum peccato? Affirmat P. Arriaga disp. 46 sect. 4. Negat P. Tirsus disp. 10. Cum hac 2ª d. respondeo, talem gratiam esse impossibilem. Probatur: quia quæcumque gratia possibilis erit forma positiva et debent solum contrariè opponi cum peccato; id for solum contrariè opposita metaphysice compatibiles debent esse inter se: contra, si aliqua saltem careret sit habitualis et permanens sine ulla tendentia in aliquem terminum: ergo quæcumque gratia habitualis possibilis metaphysice compatibilis debet esse cum peccato.

361 Rogabis 2°: an supposito, quod actus contritionis et charitatis perfecte sit forma sanctificans coniungi possit de potentia

Dei absoluta cum peccato mortali? Resp. cum Erm. D. lib. 2 de grat. cap. 18, actum contritionis, supposito, quod sit forma sanctificans, non posse coniungi etiam de potentia Dei absoluta cum peccato actuali; posse tamen cum habituali. Prob. 1a pars: quia actus contritionis est aversio formalis et efficax ad Deum, et peccatum actuale est aversio formalis et efficax a Deo; sed neque de potentia Dei absoluta potest coniungi conversio formalis et efficax cum aversione formali et efficaci a Deo, de quo: esset simul volens formaliter, et actualiter; et non volens actualiter, et formaliter: ergo neque de potentia Dei absoluta potest coniungi actus contritionis cum peccato actuali. = Ubi nota, id esse verum, licet actus contritionis non sit forma sanctificans; quia ipse per se est conversio formalis efficax ad Deum.

362 Prob. 2a pars: quia supposito peccato habituali in anima adhuc posito actu contritionis potest Deus de potentia absoluta non remittere peccatum: ergo potest coniungi cum peccato habituali. Prob. ant. dupliciter: 1°; quia actus contritionis non est digna satisfactio pro peccato mortali, id adeoque forma illi contrarie opposita; praeterea non est formalis aversio a Deo, sicut actus contritionis est formalis conversio. 2°; quia peccatum habituale et actus contritionis se habent tanquam actus et habitus; et tanquam forma transiens et permanens; sed opposite eo modo se habentes possunt coniungi de potentia Dei absoluta: ergo. Maior constat: quia peccatum habituale permanet inhaerens animae, et ita se habet per modum habitus; vero actus contritionis, qui est actus transiens. Minor etiam constat ex dicto n° 368.

CAP. III.

Argumenta contraria.

363 Opponitur 1°. Peccatum habituale consistit in privatione gratiae: ergo implicat, peccatum coniungi cum gratia etiam de potentia Dei absoluta. Ant. est plurium ...; unde consequentia liquet; quia si peccatum coniungatur cum gratia, dabitur peccatum sine privatione gratiae, et erit sine suo constitutivo. = Huic argumento varie potest responderi. 1° negando ant., cuius

falsitas sitat a n.° 251.

364 Respondetur 2.° pot. omisso ant. distinguendo conseq.: Cons. implicat quidem peccatum jungi cum gratia, nocontra; ideo peccatum habituale subdistinguo: peccatum habituale qua peccatum est, nocontra; qua habituale omitto conseq. Ad veritatem nostrae solutionis absolute asserendam, non implicare peccatum jungi cum gratia, sufficit, quod aliquod peccatum jungi possit cum gratia: cum ergo licet peccatum habituale jungi non possit cum gratia ex eo, quod per carentiam gratiae constituatur, possit tamen peccatum actuale, quod per eam carentiam non constituitur, manet veritas nostrae solutionis. Unde ulterius fit, quod implicatio jungendi peccati habitualis cum gratia non provenit ex ratione malitiae peccati, quae eadem est in peccato actuali; sed ratione habitualitatis, seu durationis involventis carentiam gratiae.

365 Respondetur 3.° pot. distinguendo ant.: peccatum habituale constituitur in privatione gratiae utcumque, et sumpte cum parte, nocontra; in privatione gratiae qua exercentis suos effectus formales in actu 2.°, omitto ant. Omisso quod peccatum habituale constituatur per carentiam gratiae, id non debet intelligi de privatione gratiae utcumque, sed de privatione gratiae, quae in actu 2.° reddentis hominem iustum, filium et amicum Dei, etc. et quidem in casu junctionis gratiae cum peccato hos effectus non habet ob impedimentum peccati; et ideo datur carentia gratiae ut exercentis hos effectus.

366 Respondetur 4.° pot. distinguendo aliter ant.: peccatum habituale constituitur in privatione reverā posita gratiae, nocontra ant.: in privatione debita gratiae, seu in debito et exigentia talis privationis omitto ant. Omisso, quod peccatum habituale constituatur per privationem gratiae, id debet intelligi de privatione debita, seu per hoc, quod in anima detur debitum et exigentia talis privationis; cum ergo in anima habente peccatum detur debitum carendi gratia,

licet det necessa grãa dat quidem debitum et exigentiam carendi illa.
sicut in homine habente peccatum mortale evenit, in quo novo
peccato; in quo dabit novum peccatum, licet non det de novo caren=
tiam gratiae, quia dat novum debitum seu novum titulum carendi gratia iuxta
ipsos. Atque contrarie illos. — Quod si adhuc vellint, peccatum habitu=
ale debere constitui per privationem gratiae ut utique, tunc necessario di=
cendum est, implicare gratiam coniungi cum peccato habituali; id melius
id negandum est.

367 Opponitur 2°. Gratia sanctificans reddit hominem iu=
stum, mundum, amicum Dei, dignum vitta aeterna; peccatum vero illum
reddit iniustum, inmundum, inimicum Dei et indignum vitta aeterna. id
implicat, hominem reddi simul iustum et iniustum; mundum et inmundum
etc.: ergo implicat gratiam et peccatum simul dari in homine. — Distingo
maiorem quoad 1am partem: gratia reddit hominem iustum amicum Dei etc.
radicaliter et debito connaturalitatem, concedo maiorem; actualiter et in actu
2° subdistinguo; tanquam effectum primarium, nego maiorem; tanquam effectum
2arium, concedo maiorem.

368 Effectus 2arius gratiae est dare animae debitum et
exigentiam, ratione cuius illi debeatur amicitia Dei, iustitia etc.
et ab hoc effectu expoliari non potest; et quidem licet anima simul cum
gratia habeat peccatum, habet nihilominus debitum connaturale essendi
iustum, amicum Dei etc.; caeterum ratione peccati tale debitum, seu ex=
igentia naturalis est impedita ad habendum suum terminum exactum; ac propterea
non resultat in actu 2° homo amicus Dei, neque iustus etc.; quo spoli=
ari potest de potentia Dei absoluta, quia est effectus 2arius gratiae.

369 Instat: ergo
sola gratia non sufficit ad nostram iustificationem in actu 2°; quod est contra Tridentinum
sessione 6 cap. 7 ubi ait, quod gratia est unica causa formalis nostrae iusti=
ficationis, non qua ipse Deus iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet
licet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur

id est iusti nominamur, et sumus: ergo verbis citatis sola gratiae
gratia, qua in actu 2° iusti nominamur. Probatur maior contra: quia gratia iuxta
nostram responsionem solum tribuit animae debitum connaturale ad iustificationem in actu
2° atque adeo praeter gratiam exigitur necessaria ad iustificationem in actu 2° carentia
peccati, et favor ex parte Dei remittentis peccatum: ergo sola gratia non sufficit
ad nostram iustificationem. — Et ulterius instari potest, quia inde aliud sequitur
absurdum, scilicet remissionem peccati non convenire a gratia, quod etiam est contra
Tridentinum. Probatur illatio: quia gratia iuxta nostram illa potest stare sine remissi-
one peccati: ergo remissio peccati non convenit a gratia; alioquin posita gratia
necessario deberet poni remissio peccati.

370 Distinguo tamen consequens: ergo sola gratia non suf-
ficit ad nostram iustificationem in omni genere causae, concedo consequentiam; non sufficit in
genere causae formalis, subdistinguo; non sufficit ad nostram iustificationem quoad po-
sitivum, quod involvit nostra iustificatio, nego consequentiam; quoad negativum, quod involvit,
concedo consequentiam. Gratia sanctificans est causa formalis, non vero efficiens nostrae iustifi-
cationis, ratione cuius praeter gratiam requiritur favor ex parte Dei, seu volun-
tas divina remittens active et tanquam causa efficiens peccatum: neque
hanc causam excludit Tridentinum, ut patet ex eius verbis; sed solummodo ex-
cludit aliam causam formalem praeter gratiam.

371 Et quia gratia dicatur a Tridentino
unica causa formalis nostrae iustificationis a pluribus explicatur, quod prae-
cise debet intelligi pro exclusione gratiae extrinsecae formaliter sanctifican-
tis quia ibi solum intendit Concilium damnare haeresim asserentem nos forma-
liter sanctificari per eandem gratiam increatam qua Deus sanctus est. Caeterum
licet absolute loquatur, debet tamen intelligi, solam gratiam esse unicam
causam formalem nostrae iustificationis quoad positivum, quod dicit iustificatio:
iustificatio enim et dicit esse gratum et amicum Dei; et dicit esse sine peccato,
seu habere carentiam peccati: primus effectus convenit a sola
gratia: 2us convenit a carentia peccati; neque effectus negativus ullo
modo potest convenire formaliter immediate a forma positiva; sicut neque

effus positivus a sua negativo: adsumi quenit carentia pecci a grãa radicalit, quatenus grãa excludit, poni remissione pecci; unde ea remissio pecci poterit etiã dici effus tãrius grãe. = Hinc admittendã, distinguo illaone: sequit, remissione pecci quenire a grãa tanquã eius effectus primarius, concedo; n' quenire tanquã eius effus tãrius, nego.

[7]72 Opponit 3.º si grãa disiungeretur peccato, Deus eet causa specialis dissolutiõis pecci; sed hoc n' explicatur. Maior patet: quia si Deus eet causa specialis dissolutiõis pecci, illi tribueret tanquã causae specialis dissolutio pecci; eet causa peccans. Probat maior: quia si grãa disiungeretur peccato, Deus operaret ut causa miraculosa in dissolvendo peccatum ad presentia grãe; sed Deus e causa specialis omnium operaos miraculosorum: ergo eet causa specialis dissolutiõis pecci. Maior patet: quia non si ipsi concedimus, grãa physice opponi peccato sicut calorem frigiditate; et consequenter debemus concedere disiungi n' posse sine miraculo. Minor etiã patet, quia cum solus Deus operari possit miraculose, omnis operao miraculosa Deo tribuit tanquã auctori speciali. = Nego maj. Ad probaõne distinguo maj: si grãa disiungeretur peccato, Deus operaret ut causa miraculosa immediata in dissolvendo peccatum, nego maj; ut causa miraculosa mediata, concedo maiorem.

[7]73 In casu tali disiunctiõis pecci cum grãa miraculus staret in eo qd posita grãa in homine et habente Deus decreto eum efficacem se dissolvendi illam, relinquat voluntate talis hominis proxime potente et indifferente ad peccandum, sicut ante habebat peccatum relinquat indifferente et potentiã, supponenda requisita ad remissione pecci: itaut vellit Deus qd dissolutio grãe non impediat voluntate indifferentiã ad id ipsum, qd sine tali dissolutiõne poterat: ex quo fit qd posita grãa, et decreto illam

non auferendi potest eam voluntas ipsa tanquam causa spe-
cialis peccare et non peccare; et post peccatum poenitere
et non poenitere sicut de facto potest; quin Deus sit causa speci-
alis talis peccati, quia in hoc quod conservare voluntatem omnino
indifferentem (in quo stat miraculum) neque Deus ponit peccatum
neque aliquid infallibiliter connexum cum peccato: unde conservatio
[illegible] conservatio peccati solum erit miraculosa ex suppositione seu in
causa. Quod patet hoc exemplo: si ignis applicet passo habenti
summam frigiditatem, et Deus haberet decretum efficax semper
conservandi eam frigiditatem in passo, externe impediret ne
talis frigiditas frigefaciat passum aut resistat igni tunc
ignis naturaliter produceret calorem in tali passo, et tunc miraculum
[illegible] in suspendendo effectum frigiditatis et in conservando frigi-
ditatem quin resistat igni: ceterum in introductione et conservatione
caloris ad praesentiam frigiditatis nullum esset absolute miraculum,
ideo conservatio caloris solum esset miraculosa ex suppositione et in
causa.

774 Opponitur 4°. Peccatum est aversio a Deo, gratia conversio ad Deum;
implicat simul dari conversionem et aversionem; sicut et conjunctionem et sepa-
rationem ab eodem termino. Ergo implicat simul dari gratiam et peccatum in eadem
anima. = Distinguo maiorem: peccatum est aversio a Deo et gratia conversio
ad Deum in diverso genere concedo maiorem; in eodem genere nego maiorem.
Solutio constat ex N° 368: quia peccatum est aversio formalis a Deo; gratia
vero conversio radicalis se habens per modum habitus: ex quo
fit, peccatum reddere hominem formaliter in actu 2° aversum a Deo; gratia
vero illum reddit in actu 1° cum exigentia naturali ad conjunctionem formalem cum Deo;
et quidem ad summum aversio et conversio formalis erunt metaphysice incompossi-
biles, non vero aversio formalis cum conversione radicali.

775 Opponitur 5. Si gratia
conjungeretur cum peccato, homo habens gratiam et peccatum denominaretur

sumus et peccator, iustus et iniustus hoc explicat: Ergo. Probatur maior: quia non datur potior ratio, ad hoc ut talis homo a peccato denominetur peccator et iniustus quam ad hoc ut a gratia denominetur sanctus et iustus; cum utraque sit forma habens eandem capacitatem denominandi subiectum et subiectum sit aeque capax cuiuslibet denominationis, ex illis; unde ulterius sequeretur, quod si talis homo cum gratia et peccato moreretur nec deberet damnari, nec saluari, vel deberet damnari et simul saluari; id hoc totum explicat: Ergo.

76 Nego maiorem. Ad probationem nego maiorem. Datur enim potior ratio, ut talis homo possit denominetur peccator et iniustus, et nullo modo sanctus, aut iustus; quae ratio est, quia bonum debet esse ab integra causa et malum a quolibet defectu secundum illud in moralibus: quod potest in homine ponente actus etiam plurium virtutum, si tamen eos inficiat aliqua malitia, talis homo nullo modo denominabit bene operans, sed absolute dicendus erit male operans: cum ergo esse sanctum et iustum sit aliquid bonum; esse peccatorem et iniustum, sit aliquid malum, ad hanc ultimam denominationem sufficit malitia peccati quin debet sufficiat bonitas gratiae. Ex quo fit, hominem ita morientem, esse absolute malum et peccatorem, et consequenter a Deo odio habitum, et illi inimicum damnandum esse.

77 Instas. Gratia essentialiter iustitia et sanctitas; sed explicat hominem habere iustitiam et sanctitatem, quin denominetur iustus et sanctus: Ergo explicat, habere gratiam, quin denominetur iustus et sanctus. Probatur minor a paritate: quia explicat hominem habere sapientiam quin sit et denominetur sapiens: Ergo et habere iustitiam, quin sit et denominetur iustus. — Nego minorem. Ad probationem distinguo antecedens: explicat hominem habere sapientiam actualem quin denominetur sapiens, concedo antecedens; sapientiam habitualem, subdistinguo explicat eam habere quin denominetur sapiens in actu secundo et radicaliter, concedo antecedens; formaliter et in actu primo, nego antecedens. Quilibet sapientia actualis

necessario erit sapiens, quia esse talis sapientiae dicitur in actualitate. Qui vero habet sapientiam habitualem, idest habitum et facilitatem ad cognitiones evidentes habendas, utique potest stare, quin denominetur actualiter sapiens: et hoc est modo gratia, iustitia et sanctitas, scilicet per modum habitus.

378 Opponitur tandem ab auctoritate scripturae, ubi passim peccatum vocatur mors, et tenebrae; gratia vero vita et lux; sed mors et vita; lux et tenebrae ita opponuntur ut nec de potentia Dei absoluta simul possint in eodem subiecto: ergo neque gratia et peccatum. Praeterea ex Epistola 1.a D. Joannis cap. 3.o ubi ait: omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: sed cum semine Dei, scilicet cum gratia, implicat simul peccatum.

379 Ad 1.m auctoritatem non cogit: quia ad hoc ut gratia appelletur lux, et vita; peccatum vero mors, et tenebrae, non necesse, quod in omnibus eorum modo se habeant, quod si ita se haberent habere sicut vita et mors, lux et tenebrae opponuntur privative, etiam gratia et peccatum privative opponerentur, quod saltem non est pecc. actualis, ita non ut dictum est ex n.o 370. Appellantur ergo ita ab scriptura propter aliquem notandos effectus gratiae et peccati; quia sicut per lucem aer illuminatur, et sicut homo per vitam temporaliter vivit, ita anima per gratiam spiritualiter illuminatur, et vivit: et e contra per peccatum spiritualiter moritur et obcaecatur. — Ad illud ex D. Joanne respondeo, id esse verum de facto, in quo sensu ibi loquitur, et de potentia ordinaria, evidentia, vel intelligentia ... , quod natus ex Deo non potest peccare qua talis, idest quod semen Dei scilicet gratia non potest esse ratio peccandi.

Disp. 5 de peccato originali. Cap. 1.m explicatur esse pecc. originalis.

DISP. V.

De peccato originali. —

CAP. 1.

Explicatur natura peccati originalis.

386 Ad [?] peccati divisio in personale et originale: peccatum personale est quod propria physica voluntate contrahitur: originale est quod in aliena voluntate commissum per originem transfunditur. — Originale ulterius dividitur in originale originans et originale originatum: originale originans est ipsum peccatum actuale seu transgressio illa quae causa est, ut tale peccatum in alios derivetur: originale originatum est quod in posteros derivatur. Ex qua explicatione constat peccatum, quod in posteris dicitur originale, in Adamo fuisse personale quia ab illo propria physica voluntate commissum fuit, et licet aliquo modo in illo possit dici originale originans, non tamen proprie tale dicitur sicut in posteris, quia hi censentur actualiter peccare quando ipse Adamus actualiter transgressus fuit praeceptum.

387 Varii sunt referendi errores circa peccatum originale. 1° Pelagiani, Albigenses et Albigenses negarunt peccatum originale asserentes, solum in nos transfundi poenas peccati Adami. — 2° Melanchthon asseruit peccatum originale esse peccatum, quod sit actualiter commissum ab infantibus in sua conceptione. Ab hoc errore non multum distat error Origenis docentis, originale esse peccatum commissum ab anima antequam corpori uniatur. — 3° Illyricus ait, originale esse quandam substantiam, seu substantialem imaginem diaboli expellentem ab anima substantialem imaginem Dei. 4° Lutherani dicunt, originale esse ipsam concupiscentiam, atque adeo per baptismum non tolli originale, sed solum non imputari.

388 Contra quos omnes veritas catholica docet, in omnibus Adami posteris dari peccatum originale, quod mortale est privans animam vita spirituali gratiae; ex qua regula excipiendi sunt Christus Dominus et eius purissima

Mater. quae veritas constat ex psalmo 50 in iniquitatibus conceptus sum, ex D. Paulo ad Rom. Per unum hominem peccatum intravit in mundum.. in quo omnes peccaverunt et ex Tridentino sessione 5ª cap. 3 anathematizante eos qui dicunt per baptismum non deleri totum id quod veram et propriam rationem peccati habet. et ex aliis pluribus.

383 Ex qua chatholica veritate constat, nos omnes peccatum originale contrahere ab instanti quo anima corpori infunditur: quod peccatum cum sit peccatum Adae commissum, vocatur etiam peccatum originale habituale, de quo inquirendum, in quo essentialiter consistat. Sed prius inquiri debet, an non solum in nostra conceptione illud peccatum contrahamus, sed etiam actualiter peccaverimus, quando Adamus actualiter peccavit, ita ut verum sit dicere, nos peccatum originale actuale commisisse in ipso instanti quo Adamus transgressus fuit praeceptum.

384 Aliqui cum P. Barge 1ª 2ª disp. 137 docent, illud peccatum actuale Adami, nullo modo a nobis posteris actualiter commissum fuisse, sed a solo Adamo, cum ipsi soli voluntarium fuerit. = Communior vero sententia cum Lxm. ND. disp. 9 de peccato docet, omnes Adae posteros actualiter peccasse in Adamo, quando Adamus actualiter peccavit, atque adeo illud peccatum etiam posteris fuisse voluntarium, cum hac tamen differentia quod posteris fuit voluntarium commisse moraliter et interpretative, Adamo vero physice et explicite.

385 Quomodo autem potuisset esse voluntarium posteris bene ita explicari solet: sicut respublica per voluntatem pupilli transferre in voluntatem tutoris, ita ut contractus a tutore celebrati reputentur, et sint moraliter celebrati ab ipso pupillo: quod idem evenit quando quis alteri dat mandatum et potestatem de negotiis peragendis, ita Deus qui Dominus nostrae voluntatis est transtulit, a nobis tam interiorum quam exteriorum potius quam respublica Domina actuum quorum

extrinsece transtulit et posuit nostras voluntates in voluntate Adae in ordine ad obedientiam illius praecepti, et in ordine ad servandam aut perditionem gratiam originalem, ita ut quod Adamus fecisset, nos interpretative, et moraliter fecisse censeremus. = Iuxta quam explicationem

386 Dicendum nobis: nos omnes actualiter peccasse in Adamo eo quod Adamus actualiter peccavit; et consequenter nos commisisse peccatum actuale originale seu originale originans. Probatur 1° ex B. Aug° in psalmum 118: ubi ait, praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae quia legem in Paradiso in primo parente transgressi sunt. Idem repetunt alii Patres communiter. Probatur 2° ratione: quia sicut applicat peccatum habitualiter maculare, et reum peccatorem efficere eum qui numquam actualiter saltem moraliter tale peccatum commisit, peccatum sicut habituale ex actuali exortum sit; ideo nos omnes vere peccatores sumus per peccatum originale: ergo quia illud a nobis actualiter commissum fuit. Dices contra.

387 Dices contra. Nullus potest dici voluntarie habere actum aliquem antequam erat; sed quando Adamus transgressus fuit praeceptum nullus posterorum existebat: ergo nullus potest dici hunc voluntarie habere actum peccaminosum; seu actualiter peccare. = Distinguo minorem: sed quando Adamus transgressus fuit praeceptum, nullus posterorum existebat physice, concedo minorem; nullus existebat moraliter, nego minorem. Quia Deus omnes nostras voluntates transtulit, et posuit in voluntate Adae, ideo in voluntate Adae nostra voluntas moraliter existebat, et consequenter potest dici, ibi nos moraliter extitisse: cum ergo ad peccatum nobis solum moraliter voluntarium sufficiat moraliter esse; ideo hoc sufficiebat ut possit dici nos tunc actualiter peccare.

388 Circa peccati originalis habitualis constitutionem magnae solent esse difficultates. In qua difficultate 1° Magister docet, peccatum originale habituale consistere in morbida qualitate derivata ab alia morbida qualitate, quae in carne, quam alii dicunt

pducta fuisse a pomo vetito: alii a serpente: alii a Deo; dicuntque hanc morbidam qualitatem carnis esse fomitem pecci, quae cum sit in carne naturalem generationem in ipso semine transfusa fuit ex Adamo in suos filios, et ex his in omnes posteros; et ab hac oritur alia morbida qualitas in anima, in qua peccatum originale consistit. Ita Ariminensis et Ocamus quodlibeto 3° q. 10. = 4° opinio docet, originale nihil aliud esse, quam ipsum peccatum Adae denominans extrinsece peccatores suos posteros. Ita Caterinus et Pecasa hom. cap. 8. Quam opinionem aliqui erroneam indicant, cum ex ipsa sequeretur non esse peccatum et bene esse in Deum peccatori; caeterum sicut communiter haec opinio explicat, nihil aliud vellit, nisi quod sit pluries extrinsecum, moraliter tamen in Deum: nullius censurae digna erit.

289 5a opinio docet, originale consistere in privatione iustitiae originalis. Ita Caiet. et PP. Vasqu. Valentia Suarez et sonuerit Thomas efferentes D. Thomam de malo q. 4 ar. 2. Varii tamen sunt huius opinionis AA. in explicanda ea iustitia originali, cuius peccati privatio constituat peccatum originale. 1° alii per iustitiam originalem intelligunt quoddam donum distinctum a gratia iustificante, cuius munus esse subiicere carnem animae et animam Deo. = Alii intelligunt ipsam subiectionem animae ad Deum quae est effectus formalis gratiae seu iustitiae originalis. = 2° alii intelligunt, solam gratiam sanctificantem, quae ideo vocatur iustitia originalis quia collata fuit naturae humanae in suo initio, et origine et deinde per originem diffundenda in posteros, si Adamus non peccasset, et quam praecipua sine dono dicto esse iustitiam originalem subiicientem carnem animae, et animam Deo, plures defendunt.

290. Id bene P. Arriaga tomo 3 disp. ... indicat, difficultatem definitionis pecci originalis actualis eadem omnino esse atque definitione pecci habitualis, addendo rationem originalis; atque adeo per se p. realem vel per privationem gratiae, vel per carentiam

satisfactionis et de peccato habituali ... Et Vnde cernitur adeo quae circa peccati habitualis constitutionem diximus a n° 277. dicendum nobis est, peccatum originale habituale consistere in peccato Adae praeterito quatenus a nobis solum moraliter commisso et in carentia condignae satisfactionis formalis aut virtualis. Probatur quoad 1am partem: quia peccatum originale habituale debet habere rationem essentialem peccati habitualis seu habitualiter durantis; sed peccatum habituale dicit essentialiter peccatum praeteritum et carentiam condignae satisfactionis saltem virtualis ut constat a n° 277: ergo originale habituale dicere debet essentialiter peccatum Adae praeteritum et carentiam condignae satisfactionis saltem virtualis.

291 Probatur quoad 2am partem scilicet quod illud peccatum debeat dicere quatenus a nobis moraliter commissum: quia peccatum originale habituale debet habere aliquod praedicatum, per quod differat a habituali personali; sed hoc nullum aliud esse potest nisi quod originale solum moraliter fuerit a nobis commissum, personale vero etiam physice: ergo peccatum originale habituale dicit essentialiter peccatum Adae quatenus a nobis solum moraliter commissum. — Si autem roges, quid addat illud a nobis solum moraliter commissum. Resp. addere volitionem divinam, qua Deus nostras voluntates in voluntate Adae transfudit. Et hanc eandem volitionem divinam dicit peccatum originale actuale: quia per hoc praedicatum peccatum originale tam actuale quam habituale differt a personali.

292 Rogabis: an transfusio nostrae voluntatis in voluntate Adae facta fuerit per aliquod pactum Dei expresse initum cum Adamo, tanquam cum capite generis humani? Resp. 1°. docent, ... sicut ex expresso pacto, quod Deus cum Adamo pepigit, ita: si hoc praeceptum servaveris, justitiam tibi et posteris servabis; si infringeris, eam tibi et posteris deperdes: quam obligationem cognitam acceptavit Adamus. Ita P. Salmeron disp. 41. — Resp. 2°. de pacto sine [illegible] Et

sive ꝗ oppugnat, docens, a Deo supremo domino institutum fuisse Adamum caput posterorum in ordine ad servandam aut deperdendam iustitiam sibi et posteris, quin Adamus ullam notitiam haberet huius muneris et obligationis. Ita Iohannes lib. 1 de gratia cap. 10.

393 Secundo doceo, intervenisse pactum, licet non rigorose tale, quia Deus non expectavit acceptationem Adae, quod requirebatur ut esset rigorosum pactum; caeterum quod manifestavit Adae quod institutus fuisset caput generis humani in ordine ad servandam aut deperdendam sibi et posteris iustitiam. Ita P. Thirsus tomo 3 disp. 9. Prima II assertionis iudico: quia supremus Deus ut pote supremus dominus non indiget expectare acceptationem aut consensum Adae; sicut respublica potest cogere aliquem, ut subeat munus tutoris alicuius pupilli, quin illius acceptationem, aut consensum expectet. Sed inde nisi Adamus notitiam haberet sui muneris, et obligationis non potest operari tanquam caput generis humani, et velut elicere operationem sibi et posteris communem: ergo intervenire non debuit rigorosum pactum; debuit tamen Adamus habere aliquam notitiam de divina dispositione in ordine ad sui institutione in caput generis humani. Cap. 2. An Sanctissima Deipara non solum ab originali peccato sed a debito illud contrahendi immunis fuerit.

CAP. II.

394 Utrum B.ma et Sanctissima Deipara non solum ab originali peccato; sed a debito illud contrahendi immunis fuerit?

B.am Virginem sine peccato originali conceptam fuisse ab omnibus in praesenti supponendum: et quidem a communi contagione excipere videtur voluisse Trid. sessione 5 canone 5 ubi declarat, in decreto de peccato originali, non esse suae intentionis comprehendere immaculatam Virginem. Et licet hoc de fide certum non sit, oppositum asserere interdictum ab Urbano 8 et Alexandro 7. Praeterea in praesenti solum inquirimus: An B.ma Virgo, supposito quod libera fuit a peccato originali, etiam libera

fuisset debito contrahendi ita ut neque contraxerit neque contrahere debuisset.

395 Sed prius supponendum quid sit debitum contrahendi peccatum originale, quod nihil aliud est nisi moralis necessitas seu obligatio ut cum filii hominis erant, infecti culpa originali erant. = Hoc debitum potest esse remotum, et proximum: debitum remotum est, ratione cujus quilibet ex Adamo proveniens subjectus manet in communi ad omnes leges, ad quas omnes alii ratione naturae subjecti sunt, quin haec aut illa determinata obligatio in particulari explicetur. De hoc debito remoto non est difficultas; cum revera non sit debitum peccati originalis in particulari, sed sufficit dicat habere eandem naturam ex Adamo sicut ceteri homines: quod de B. Virgine negari non potest.

396 Debitum proximum illa obligatio contrahendi peccatum originale orta ex eo, quod nostra voluntas translata fuerit in voluntatem Adae; atque adeo ille contrahit debitum proximum peccati originalis, cujus voluntas contenta fuerit in voluntate Adae; et ille non contrahit debitum proximum cujus voluntas translata non fuerit neque contenta in voluntate Adae. Unde rogare utrum Beata Virgo contraxerit debitum proximum peccati originalis idem est ac rogare: utrum voluntas beatae Virginis contenta fuerit in voluntate Adae in ordine ad transgressionem praecepti, sicut contentae fuerunt voluntates aliorum hominum. = Aliqui eodem sensu debitum proximum peccati originalis, atque peccavisse actualiter in Adamo: dicuntque, nihil aliud esse peccare in Adamo quam ex peccato Adami manere in obligatione illud contrahendi tempore conceptionis: unde concedunt, posse stare aliquem peccasse in Adamo, et tamen ex privilegio divino non contrahere originale in sua conceptione: et hoc de B. Virgine plures asserunt docentes, peccasse in Adamo, licet postea in sua conceptione non contraxisset peccatum originale ex privilegio divino.

397 Prima sententia in hac difficultate docet, B. Virginem

habuisse debit. proximum contrahendi peccatum originale. Ita Caiet. Chidius et PP. Suarez Vasqu. Bellarm. et Salmanticenses in 1° tract. 13 disp. 11. = 2° ll° docet tale debitum non contraxisse. Ita Caterinus Basillius Chiminensis et PP. Suarez Lezan Perlinus et plures quos citat et sequitur P. Thirzus tomo 3° disp. 6 sect. 2a. Hec ll° variis censuris ab auctoribus contrariis antiquis inurit Caiet. opusculo 2° tract. 1° ea appellat contraria fidei. Chigius lib. 2° de conceptione qui appellat hereticam. Sed immerito: putoque est ab omni censura libera.

le contrariis ab anno 1616 quo a supremo sanctæ Inquisitionis tribunali permissum fuit ut Toletani Reverendi PP. minores publicè eam oppugnarent in qua hec ll° defendebat, et prius a Toletano tribunali inhibiti fuerant.

398 Sit nostra conclusio. B. Virgo non contraxit debitum proximum contrahendi peccatum originale. Probatur 1°: quia argumenta quæ probant B. Virginem non contraxisse ipsum peccatum originale probant etiam non contraxisse debitum proximum peccati originalis: sed supposito quod non contraxerit ipsum peccatum originale neque contraxit debitum proximum illius. Probatur ant. quia ea argumenta fundantur in illo ex sacra scriptura quod sapientia id est Verbum divinum non habitat in anima subdita peccato: et in illo ex D. Anselmo libro de conceptione Virginis, ubi ait: decuit sane ut B. Virgo ea puritate niteret qua sub Deo major non potest intelligi; sed si contraxisset debitum proximum peccati originalis subderetur peccato originali, ad quod contrahendum tenebatur: et posset intelligi major puritas, scilicet quæ magis distaret a peccato quam ea quæ dicitur debitum proximum: ergo.

399 Probatur 2°: quia ideo omnes theologi rejiciunt a B. Virgine fomitem peccati, quia non decebat Dei matrem habere id quod a peccato est et in peccatum inclinat: sed debitum proximum contrahendi peccatum originale etiam est a peccato et in peccatum inclinat: imo magis inclinat in peccatum debitum proximum quæ est obligatio, et necessitas

ɔtrahendi peccatum, quia fomes ɔ[illegible] inclinans sine necessitate: ergo neque decebat B. Virginem habere debitum proximum pecci originalis et consequenter illud non habuit.

40° Probatur 2°: quia non dicendum, B. Virginem habuisse peccatum originale actuale; sed si habuisset debitum proximum ɔtrahendi originale habituale, habuisset peccatum originale actuale: ergo tale debitum non habuit. Maior ɔstat: quia sicut a B. Virgine excludimus originale habituale ne in aliquo instanti dicatur habitualiter inimica Dei, et digna odio divino; ita excludi debet originale actuale ne in aliquo instanti dicatur actualiter inimica Dei, et digna odio divino. Probatur minor: quia debitum proximum ɔtrahendi originale habituale non potest aliunde [illegible] oriri quam ipsum originale actuale vel saltem in illo debet fundari; ut patet in peccato personali ubi debitum proximum ɔtrahendi peccatum habituale personale est ipsum peccatum actuale, aut nascitur in illo fundatur: ergo si B. Virgo habuisset debitum proximum pecci originalis habitualis, habuisset originale actuale.

41° Dices contra. Si B. Virgo non habuisset debitum proximum pecci, non esset redempta nec liberata a peccato originali ex meritis passionis Christi Domini; sed redempta fuit: ergo. Minor ɔstat ex cantico ipsius Virginis Lucae 1°: exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Et ex D. Bernardo sermone de Assumptione. pro Virgine redimenda ɔvenit [illegible] quam pro omni alia creatura. Probatur maior: quia si B. Virgo non ɔtraxit saltem debitum proximum pecci exclusa fuit ab illo pacto Dei cum Adamo, quo per eius inobedientiam omnes posteri ɔtracturi erant peccatum originale; sed si exclusa fuit ab illo pacto, non potuit esse redempta a peccato originali ex meritis passionis Christi: ergo. Probatur minor: quia Christus ut passibilis et redemptor non fuit praedefinitus nisi post praevisionem pecci Adae: ergo si ante talem praevisionem iam B. Virgo liberata supponebatur per exclusionem ab illo pacto praecedenter ipsum peccatum Adae, non potuit redimi a peccato originali ex meritis passionis Christi.

42 Huic argumento ɔmuniter

respondet dicendo ma: si B. Virgo non habuisset debitum proximum pecci originalis, non esset redempta redemptione eripiente, concedo ma; redemptione praeservante nego ma. Et quidem sicut medicus est, imo et melius mederi dicitur, qui suis medicamentis aliquem praeservat ab infirmitate, quam qui ab illa iam contracta eripit; sic ex meritis passionis Xpi est redempta fuit B. Virgo per praeservationem a peccato. Caeterum quomodo hoc evenire potuerit in B. Virgine facile explicant qui docent B.am Virginem contraxisse tantum debitum proximum pecci; quia dicunt, praedefinitum fuisse Xpum Dominum ut redemptorem post praevisionem inobedientiae actualis Adae, et consequenter post obligationem contrahendi originale etiam a B. Virgine, licet in signo posteriori decreverit Deus ex meritis ipsius redemptionis praeservare B.m Virginem a contractione pecci originalis habitualis: quorum decretorum ordo per successiva signa ita a suis Ass. poni solet: in 1.º signo Deus Xpum Deum praedefinivit ob excellentiam mysterii incarnationis. In 2.º B.m Virginem in Xpi Matrem elegit: in 3.º mundum ob Xpum, et Mariam creare: in 4.º omnes praedestinatos ad gloriam elegit: in 5.º pactum de transfusione pecci, aut iustitiae in posteros Adae intimare: in 6.º vidit Adamum peccantem, et eius posteros cum debito proximo contrahendi originale: in 7.º praedefinivit Xpum ut redemptorem: in 8.º Mariam decrevit praeservare ex meritis passionis Xpi a contractione pecci, relinquens omnes alios homines illud contrahere.

105 In hoc decretorum ordine clare apparet, quomodo decretum praeservationis Mariae subsequatur ad decretum Xpi ut redemptoris. At vero in nostra sententia: quia praeservatam ponimus B.m Virginem a debito proximo pecci originalis, non videtur posse poni decretum talis praeservationis ante decretum Xpi ut redemptoris, quia ponere debemus decretum praeservationis Mariae ante praevisionem pecci Adae, et consequenter decretum praedefinitionis Xpi ut redemptoris. Ex pluribus varie nostrae sententiae Ass. respondent. — Respondet 1.º P. Franc. de Sancta [illegible] disp. 13, Deum ante visam ab eo lata de peccato Adae, et post scientiam conditionatam illius, unico indivisibili decreto decrevisse creare mundum, inire pactum cum Adamo,

permittere eius peccatum, mittere filium ut redemptorem, et eximere Mariam a debito pecc. originalis intuitu meritorum Christi: ex qua simultaneitate, seu omnimoda identitate decretorum salvat, B. Virginem non fuisse inclusam in lege contrahendi originale ex meritis passionis Christi?

104 Respondet 2° P. Peñalosa in vindiciis B. Virginis disp. 10 singulari ductus opinione qua docet, pactum Dei cum Adamo non fuisse quod statim post transgressionem praecepti incurrerent posteri obligationem contrahendi originale, sed in toto certum tempus post commissum peccatum inobedientiae non ageret poenitentiam; scilicet usque ad tempus quo Deus ad Adamum venit et comminatus fuit illi; ita ut si intra illud tempus, vel intra unam horam poenitentiam egisset nullus posterorum incurreret originale, aut debitum illud contrahendi: hoc ita supposito respondet, Deum post praevisionem transgressionis praecepti, et ante praevisionem poenitentiae decrevisse Christum ut redemptorem talis pecc.; et exinde decrevit eximere B. Virginem ob Christi merita a pacto illo cum Adamo inito, ut ita maneret libera a periculo contrahendi debitum si Adamus non ageret poenitentiam: deinde vidit poenitentiam Adae, ratione cuius omnes alii homines contraxerunt debitum pecc.

105 Respondet 3° P. Salazar de Conceptione cap. 8 ponendo hunc ordinem decretorum. In 1° signo decrevit creare homines, qui existunt, excepta B. Virgine, et quasi hoc decreto praevidit: in 2° pactum cum Adamo inire: in 3° praevidit peccatum Adami, et debitum illud contrahendi posterorum. In 4° Christum ut redemptorem decrevit: in 5° Dominam Mariam incarnatam eximere praevisam meritis decrevit non ex praevisione ante praevisionem, sed ... Christi ... a debito pecc., ut supponitur inclusa in pacto.

106 Respondet 4° P. Card. de Lugo de Incarn. disp. 7 ponendo hunc decretorum eundem ordinem in 1° signo Deum decrevisse Adamum creare et cum eo pactum inire de transfusione pecc. in posteros

excipiendo illa semina, quam Deus in matrem elegeret, sed hanc assumpsit illam tunc elligat, imo neque decernendo elligere matrem in [illegible] peccatum Adae, et posteriorem vidit: in 1° Christum ut redemptorem praedixerit in 2° beatam Mariam ex Christi meritis in [illegible] elegit, quae esset excepta fuisset ~~[illegible]~~ a pacto de transfusione peccati, libera eximeret ab obligatione sive debito contrahendi peccatum. = Difficilioresque alias quaestiones solutionem omitto, hancque libet putat ad finem attinet sufficiente.

CAP. III

407 Aliquae difficultates circa peccatum originale.

1ª difficultas: an peccatum originale univoce conveniat cum personali in ratione peccati? Capreolus in 2° dist. 30 docet aequivoce convenire. S. Alex. cap. 22 docet analogice convenire. Vasquez disp. 132 docet, univoce convenire. Ita [illegible] [illegible]. Et si quia minus proprie et rigorose convenit peccato personali esse peccatum, scilicet habere difformitatem convenientem cum peccato originali. Deinde illud in Adamo originaliter habuit etiam difformitatem ejusdem habitualiter durat, utpote ita peccatum; id peccatum personale eadem esse peccati proprie et rigorose convenit, univoce conveniant in ratione peccati.

408 2ª difficultas: an peccante Adamo, et non peccante Eva, contraheremus originale? Negat Palatius in 2° dist. 33 docens, quod sicut ad generationem requiritur vir et femina ita ad transfusionem peccati originalis in generatione requiri peccatum viri et feminae. Sed communius cum D. Thoma 1. 2. q. 81 affirmat, quia solus Adamus constitutus fuit caput morale generis humani, et cum eo solo initum pactum de transfundendo peccato aut justitia in posteros, ergo eo solo peccante contraheremus originale. = Hinc fit, quod si contra eveniret, quod sola Eva peccaret et non Adamus, non contraheremus originale neque illius effectus.

409 3a difficultas est: si Adamus post aliquos filios genitos peccaret, illi filii contraherent originale? Aliqui cum Caterino opusculo de originali docent, quod tales filii iam geniti licet non contraherent maculam peccati, neque amitterent gratiam; amitterent tamen iustitiam originalem, et contraherent alios effectus peccati originalis, scilicet dolores, infirmitates etc. Sed communius cum P. A contomo 1° libro 4° docet, neque maculam, neque effectus peccati contracturos esse. Quae sententia verior est. Probatur: quia peccatum Adae solum nocuit illis, qui sunt in Adamo in ordine ad descendendum per generationem; sed filii iam geniti ita in illo non sunt; ergo. — Recte bene addit P. Salas d. 4. quod licet hi non contraherent originale, eius filii nepotes Adae utique contraherent. 2°: quod si in ipso instanti quo anima infunditur fetui, Adamus peccaret, talis filius genitus originale contraheret. Licet hoc etiam aliqui negent, ut ipse Salas notat.

410 4a difficultas est: si Adamus non peccaret, peccaret tamen aliquis ex eius posteris, hic filios cum peccato originali gigneret? Affirmat Scotus in 2° dist. 32 asserens, non solum Adamum sed eius posteros accepturos gratiam pro se et pro filiis suis. Haec opinio eo quod non habet insistentem eorum qui docent, Adamo non peccante eius posteros confirmandos esse in gratia ne peccare possint. Alii communiter cum P. Valentia disp. 6 docent, tales filios non contracturos originale. Quae sententia verior est. Probatur: quia pactum de transfusione peccati in posteros solum initum fuit cum Adamo, et solum initum fuit respectu ab illo peccato inobedientiae quoad comestionem pomi prohibiti: ergo alii non traherent originale. — Hinc fit, quod licet Adamus alia peccata committeret, dummodo non committeret comestionem pomi prohibiti de arbore vetito, eius posteri originale non contraherent.

411 5a difficultas est: si aliquis ex humana carne miraculose formaretur, contraheret originale? Resp. et communiter cum distinctione: si miraculum ita esset, ut non formaretur modo proprio generationis humanae semi-

nalis

rule n. contraheret originale: unde si Deus ex parte ex sanguine
Petri, imo ex ejus semine, ceterum extra feminae ventrem forma-
ret aliquem hominem, ille originale non contraheret. Jmo S. Anselm.
de cuncepto Virginis cap. 11 docet, hanc esse sufficientem rationem, propter rationem
nam Dominus noster Christus non contraheret originale quia licet ex sanguine
Virginis formatus fuerit, id non munere seminali ratione — Pleio,
quod quamvis miraculum non tollat quominus talis homo formetur modo proprio
generationis humanae, ut quod contraheret originale: ut ut si femina
in incubo aliunde afferente ab alio hoc semen generaretur,
labilis, quia Deus miraculose sterilitatem aufferret.

412 6° difficultas: an
qui nasceretur ex Patre non descendente ex Adamo, et ex matre ex
Adamo descendente contraheret originale. Duo supponit in terro-
gatio. 1° quod si neque Pater neque mater ex Adamo descenderent, filius ori-
ginale non contraheret; quia neque filius ex Adamo descenderet. 2° quod si
a converso eveniret, quod mater non descenderet ex Adamo, Pater vero de-
scenderet, filius originale contraheret: quia cum Pater sine dubio ad
generationem active concurrat, filius sine dubio ex Adamo per veram
generationem descenderet. — Ad difficultatem respondet P. Salassett,
esse probabile esse, talem filium non incurrere originale in sententia eorum, qui
negant, ad generationem feminam active concurrere: probabilius, esse
incurrere; quia cum revera sit filius talis feminae per veram generationem
et talis femina supponatur vere filia Adae, etiam filius vere erit Adae filius.

413 7° difficultas: an parvuli cum solo originali morientes pa-
tiantur aliquam poenam sensus, et ignis? Affirmativam partem probabile
putat Alberbus in summa tractatu 18 et tribuit D. Aug. lib. 5 contra Ju-
lianum cap. 6: probant ex eo, quod tales parvuli in judicio erunt ad
sinistram, quibus Judex dicet ex Mathei 25: ite maledicti in ignem aeternum.
Sed communis sententia cum D. Th. in N. ro D. ores pro tomo 2 disp. 23 id negat: quod quod

89

Definitur videtur in Decreto florentino sub Eugenio 4 in litteris unionis. Et ex Innocentio 3 cap. maiores de baptismo, ubi ait, pœnam peccati originalis esse carentiam divinæ visionis: actualis vero peccati pœnam esse gehennæ cruciatum. Ad argumenta ex dictis in diffinitionibus, respondent Catarinus, tales parvulos non futuros in iudicio: sed hæc responsio communiter reijcitur. Alij cum Bellarmino respondent, ibi loqui de solis fidelibus, vel tantum de solis adultis.

44 Difficultas: utrum hi parvuli habituri sint aliquam tristitiam? Aliqui affirmantes cum Magistro in 2 dist. 33 ex eo, quod cognitio, et memoria gloriæ deperditæ necessario tristitiam generet. Alij communiter cum Schoto in 2 dist. 33 negant, ex eo quod si tristitiam haberent, iam non solam pœnam damni haberent. Varie tamen argumento facto de cognitione amissæ beatitudinis respondent: 1° respondet Altissiodorensis, non tristari de illa carentia, quia illam non cognoscunt cognitione voluntaria. 2° respondet Schotus non tristari, quia nullo modo eam carentiam cognoscunt, vel quia Deus ad talem cognitionem negat concursum; vel quia nec a Deo ea habuerunt notitiam, aut revelationem; vel quia si cognoscant, simul cognoscunt, se non habere aptitudinem nec proportionem ad illam, et ita ea cognitio non causat tristitiam. 3° Durandus respondet, Deum negare suum concursum tristitiæ, licet præbeat cognitioni ad illam sufficiens.

45 Ultima difficultas: utrum hi parvuli post universalem resurrectionem habituri sint naturalem aliquam felicitatem? Affirmat Vasquez in 2 dist. 33 et aliquos affert Patres asserentes, post iudicium habitaturos esse hanc terram vel alium locum, ubi bonis naturalibus fruituros esse et ab angelis sæpe visitandos. Alij apud Paludanum in 4 dist. 45 docent, non habitaturos super terram, sed in inferiori parte immediate sub superficie terræ, ad quem locum claritas solis deveniet: quia terra post iudicium remansura e vitro, aut cristallo simillima. Sed communis sententia cum D. Thoma in 2 dist. 33 q. 2 docet, permansuros in limbo eodem modo atque nunc eorum animæ sunt sine ulla gloria naturali.

TRACTUS IIII.us

De causis, subiecto, et effectibus peccati.

416 Ad totius materiae complementum restat, ut de peccatorum causis, subiecto, et effectibus, seu poenis tractatum subiiciamus: sed quia plura quae ad hunc tractatum spectare videntur in antecedentibus exposuimus, breviori calamo ultimum hunc tractatum, et in eo materiam absolvemus. Disp. 1 de causis et subiecto peccati. Cap. 1 de causis peccati.

DISP. 1ma

De causis, et subiecto peccati.

CAP. 1um

De causis peccati.

417 Inquirimus in praesenti de causis peccati tum physicas, et moralem eius malitiae; quia de peccato tum physice illius ne praecedente materia inquirere. Et licet D. Dionisius de divinis nominibus cap. 4 dicat peccatum non habere causam, id intelligi debet de causa motiva rationali, id est quae nulla datur causa motiva rationalis seu honesta propter quam homo possit peccatum committere. Attamen peccatum causas habet + tum intrinsecas, scilicet materialem, et formalem; tum extrinsecas, scilicet efficientem, motivam et dispositivam: quas breviter assignabimus.

418 Causa materialis peccati potest esse et in qua, vel ex qua. Causa materialis in qua in hac actione de qua subiectum malitiae de quo in sequenti capite. Causa materialis ex qua est ipsa actio, aut actus voluntatis, ex quo simul, et ex malitia formali illius resultat compositum peccatum. Causa formalis peccati est eius malitia, scilicet difformitas cum regula morum. Causa motiva est bonitas illa utilis, aut delectabilis, qua voluntas movet ad admittendum peccatum. Causa dispositiva solet esse peccatum veniale, ut explicavimus N° 227: et etiam motus primi appetitus. Causa efficiens physica peccati est voluntas: causa efficiens moralis est non solum voluntas ipsa peccans, sed quicumque alius inducens, aut

162.

movens. Causa exemplaris pecci est qui praeivit ad peccatum, id est exemplo suo aliis peccat. — Circa quas omnes causas aliquae debent difficultates hic diluendae.

41. 1a difficultas: Utrum appetitus sensitivus possit esse causa directa pecci? Respondeo cum S. Thoma hic quod solum possit esse causa indirecta pecci. Probatur: quia appetitus sensitivus est quid corporeum et materiale; sed nihil corporeum et materiale potest immediate et directe agere in spiritualia. Ergo appetitus sensitivus nequit immediate et directe agere in spiritualia, qualis est voluptas et consequenter actus peccaminosus. Dicitur tamen causa indirecta pecci, quia multipliciter disponit et excitat causam immediatam et directam pecci. 1o per distractionem, quatenus homo per passiones appetitus sensitivi commotus fertur per imaginationem ad objecta mala allicientia ad ea prosequenda, et ita impedit intellectum, ne attendat ad rationem retrahentem a malo. 2o obviam quatenus appetitus passio proponit intellectui tanquam habens aliquam rationem bonitatis. 3o per sympathiam quam appetitus habet cum voluntate, ut ex eo quod appetitus feratur in aliquod obiectum eo ipso et voluptas propendet in idem obiectum.

42. Utrum 2a difficultas: Utrum Diabolus sit causa saltem indirecta omnis pecci? Duo supponit interrogatio: 1um Diabolum saltem aliquando esse causam indirectam pecci movendo voluptatem per suas suggestiones, passiones, vel humorum commotiones. 2um Diabolum non posse directe et immediate causare hominum peccata: qui fuit error Manichaeorum asserentium solum Diabolum esse causam pecci ex eo, quod solus Diabolus esset causa omnis mali. Ad difficultatem respondeo cum communi ex Patre Valentia disp. 6, posse de facto dari peccatum cuius nec causa indirecta Diabolus sit. Probatur: quia sufficit propria voluptas vel tentatio, ut homo in malum feratur per carnis commotiones, sensualitatem et concupiscentiam iuxta illud Jacobi 1o: unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus; ergo de facto potest dari peccatum, cuius nec causa

indirecta Diabolus etc.

421 3° difficultas: an Deus possit concurrere tanquam causa specialis, et intentiva ad actum quem malitia peccaminosum ag. ad odium Dei elicitum ab homine sine libertate. Difficultas est de actu habente objectum in se malum; quia objectum in se malum non est, non videtur ratio propter quam ablata formali malitia non possit Deus intentive ad illum concurrere. Primo affirmat cum Nominalibus. 2° negat cum P. Mont apud P. Quiros hic art. 47. Cum 2° negat veriorem mihi. Probo: quia si Deus tanquam causa specialis intenderet actum malitia malum ergo odium Dei, intenderet, tanquam causa specialis, et efficaciter vellet objectum in se malum; id implicat, Deum intendere, et efficaciter velle tanquam causa specialis objectum in se malum: ergo. Probo majorem: quia ipsum odium Dei, seu actus odio habens Deum est objectum in se malum; nam quemadmodum odio habere Deum malum, ideo etiam efficaciter velle quasi reflexe ipsum odium Dei: ergo ipsum odium Dei est objectum in se malum.

422 4ª difficultas: an ad omne peccatum debeat concurrere tanquam illius causa saltem dispositiva aliquis error intellectus. Affirmant Thomistae cum Gonet disp. 6. Negat communiter nostri cum Rxmo D. Suarez §. sectione 2ª. Respondeo ad peccatum non esse necessarium errorem aliquem intellectus physice talem: requiri tamen errorem practicum, et moralem prudentiae. Probo 1am partem: quia error intellectus physice talis est cognitio apprehendens, aut iudicans de objecto aliter, atque id est; talis cognitio non est necessaria ad peccatum: ergo ad peccatum non est necessarius error intellectus physice talis. Probo minorem: quia experientia constat, hominem quando peccat adhuc cognoscere objectum esse malum et prohibitum, et ut tale fugiendum; illud nihilominus amplectitur ob delectabilitatem aut utilitatem recta in illo reperta; id cognitio hominis iudicans de objecto non iudicat, aut apprehendit objectum aliter, atque est: ergo ad peccatum non est necessaria cognitio iudicans aut apprehendens objectum aliter atque est.

423 Probo 2am partem responsionis: quia quando homo peccat, ipse elligit ~~[illegible]~~ et vult objectum utile, aut delectabile in se, praeferre

Margin notes: elligitum; conviarere; velle

obj. honesti; id praeferre obj. utile aut delectabile objecto honesto, est error practicus prudentiae: ergo ad peccatum semper concurrit error practicus prudentiae. Probatur minor: quia facere contra id, quod prudentia dictat, est error practicus prudentiae; id praeferre obj. utile aut delectabile objecto honesto est facere contra id quod prudentia dictat: dictat enim prudentia, majus bonum quale est honestum, praeferendum esse minori bono: ergo praeferre obj. utile aut delectabile objecto honesto est error practicus prudentiae. = De hoc errore prudentiae intelligenda sunt plura scripturae et SS. PP. testimonia errorem imputantium omni peccatori.

124 Dices contra. Sine eo, quod peccat, semper praedari debet cognitio repraesentans obj. peccaminosum ut bonum; aliogui non posset voluntas affective in illud ferri; sed cognitio repraesentans obj. peccaminosum ut bonum est cognitio erronea, cum peccatum quid pessimum sit: ergo in eo, qui peccat, semper praedari debet cognitio erronea, seu error intus. = Distinguo majorem: in eo, qui peccat, semper praedari debet cognitio repraesentans obj. peccaminosum ut bonum bonitate saltem utili, aut delectabili, concedo majorem; bonitate determinate honesta, nego majorem. Et quidem obj. peccaminosum potest esse utile et delectabile: et cum quaelibet bonitas sufficiat, ut voluntas in obj. ferat, ideo potest ferri in obj. peccaminosum sine errore repraesentante. Neque requirit, quod judicet peccatum esse bonum honestum, quod diam esset peccatum haereticum.

125 Instas: qui peccat semper ignorat plura motiva, quae si cognosceret, non peccaret: ergo qui peccat semper errat errore intellectuali. = Omisso antecedente nego consequentiam. Stat enim optime, quod aliqui plura ignoret, seu non consideret, qui non habeat errorem intellectualem: stat enim optime aliquem habere ignorantiam motivorum, qui non habeat errorem; quia ignorantia tantum dicit non cognoscere aliqua motiva; error vero dicit actum positivum repraesentantem objectum in falsitate, seu aliter, atque est.

CAP. II.

De subjecto peccati.

426 Subiectum pecc[ati] triplex potest, et subiectum receptionis, et subiectum denominationis; et subiectum receptionis erit in quo recipit[ur] instrumentaliter peccatum; quod etiam erit causa materialis illius. Subiectum denominationis erit id, quod denominat[ur] peccans. Vtrumque subdividi potest in physicum, et morale: subiectum physicum est, quod in sua entitate media unione physica recipit actum peccaminosum; vel ab actu peccaminoso denominatur. Subiectum morale est, quod sola quadam aestimatione et quoad effectus de genere morum dicitur recipere, seu habere actum peccaminosum; aut ab actu peccaminoso denominari. Huiusmodi potest esse exemplum pura omissio, quae cum sit quid negativum, non potest physice recipi in anima, dicitur tamen moraliter recipi in illa, quia ea proportione influendo anima eodem modo se habet, ac si illa reciperet.

427 Circa subiectum physicum receptionis pecc[ati] parum videtur esse difficultatis: quia in sententia identificante realiter cum potentiis, dicendum erit, omnes actus peccaminosos immediate recipi tanquam in causa materiali in ipsa anima, a qua immediate procedunt. In sententia solum realiter distinguente potentias ab anima dicendum erit, in sensu reali immediate recipi in anima; in sensu vero formali in illa potentia, cuius est formaliter actus, v.g. odium Dei in voluntate; haeresis in intellectu etc. In sententia vero distinguente potentias ab anima, ita realiter eas distinguat, ut anima non sit immediate productiva suorum actuum, ut volunt Thomistae, dicendum erit, actum peccaminosum immediate recipi in ea potentia, cuius est formaliter talis actus, et solum mediate in anima. Si vero taliter distinguit, ut simul anima et potentia immediate producant suos actus, ut vult P. Borgia, dicendum erit, actum peccaminosum immediate recipi in anima et immediate in ipsa potentia, cuius est. Ratio totius doctrinae est: quia actus vitalis, qualis est actus peccaminosus, ut potest esse realiter immanens, debet recipi in suo principio: quod debet recipi immediate in suo principio immediato; et mediate in suo principio mediato, et radicali.

428 Ubi advertenda, peccata, quae fuerint pura omissiones debere recipi dicto modo morali in ea potentia, cuius fuerit

actus positivus quo privant; ergo omissio amoris Dei involuntate: omissio actus fidei in intellectu &c. Probatur: quia pura omissio nihil aliud est, nisi privatio alicuius actus positivi; sed privatio actus positivi debet recipi, seu dari in illo subiecto, quod est capax habendi eum actum positivum quo privat: ergo pura omissio debet recipi, seu dari in subiecto capaci habendi actum positivum quo privat: sed natura capax habendi actum positivum est ipsa potentia, cuius proprius est actus positivus: ergo in ea debet recipi pura omissio.

429 Circa subiectum denominationis, scilicet quod denominat peccans, aliquae excitant difficultates. Prima difficultas: an supposito, quod detur substantia intellectiva nolitiva ea posset peccare? Affirmativam P. Arriaga tomo 7 disp. 7. Negativam tenet cum nostro in metaphysica disp. 9. cum aliis communior. Probatur: quia ad peccatum requirit essentialiter libertas; sed in entitate intellectiva non volitiva dari non potest libertas: ergo neque peccatum. Probatur minor: quia dari non potest libertas ubi dari non potest voluntaria et affectiva prosecutio, aut fuga obiecti iudicium indifferens proponit; sed hoc possibile est dari in entitate intellectiva nolitiva: ergo in entitate intellectiva nolitiva dari non potest libertas. Maior patet: quia modus exercendi libertatem nullus alius potest esse nisi per tendentiam affectivam, aut affectivam fugam ab obiecto. Minor etiam patet: quia prosecutio, et fuga voluntaria et affectiva ultra dubium est operatio solius voluntatis.

430 Dices contra. Ille inter oppositos extremos possibilis potest non tendere ad assentiendum potius uni extremo quam alteri: ergo si accedat praeceptum prohibens, ne huic assentiat, poterit peccare illi assentiendo. = Respondeo antecedens: quia intellectus ex solo non potest eligere assentiri huic potius quam illi, sed posito obiecto verum necessario illi assentit; et posito ut falso necessario illi dissentit; et posito ut probabili necessario inclinat in eam partem, pro qua apparent illi rationes maioris efficaciae, et si rationes apparent aequalis efficaciae manet in aequilibrio, et dubius, quin

qui uni aut alteri plene assentiat: etenim, nisi affectio voluntatis ac-
cedat inclinans in aliquam partem, intellectus solo in nullam partem fert,
nisi in quam pondus rationis inclinat. Ergo ideo si ea libertas in tali intellectu
inveniret, non videtur ratio, quae defecto eadem libertate non teneretur non habeat;
quod nullus concedit.

§ 4 2a difficultas: an iuxta praecedentem sententiam in aliquo
subiecto iungi possit peccatum veniale cum solo originali? Ratio dubitandi
oritur ex theoria S. Thomae asserentis hominem teneri sub gravi praecepto, in 1o
instanti usus rationis se ad Deum perfecte convertere, et Deum super omnia
actu charitatis diligere: unde hoc argumentum efformatur: homo habens peccatum
originale accedens ad 1mum instans usus rationis, aut adimplet tale praeceptum,
et ita posito actu perfectae charitatis iustificatur, remittitur que eius peccatum
originale: vel tale praeceptum non adimplet, et tunc iam habet peccatum mortale:
ergo numquam cum solo originali iungi potest peccatum veniale.

§ 5 Caeterum communis scho-
larum et nostrorum sententia docet, utique posse iungi in aliquo subiecto peccatum
veniale cum solo originali. Probatur 1o: quia falsum videtur, dari tale praeceptum se
perfecte convertendi ad Deum, eumque amandi super omnia in 1o instanti usus rationis:
ergo et falsum erit quod peccatum veniale iungi non possit cum solo originali. Probatur ant.:
quia durum esset tale praeceptum ut pote difficillimum adimpletionis: difficillimum
enim est id 1mum instans perfecti usus rationis cognoscere: difficillimum habere no-
titiam talis praecepti in eo 1o instanti: et difficillimum in eo 1o instanti scire quae-
nam sit perfecta conversio et dilectio Dei: sed praecepta ita dura et difficilli-
ma non sunt admittenda: ergo.

§ 6 Probatur 2o: quia omisso, quod detur tale praeceptum, perfectus
usus rationis non acquiritur, neque affulget unico instanti, sed paulatim, ita ut
pueri prius habeant aliqualem imperfectum rationis usum, et deinde perfectum;
sed in illo spatio temporis, quo habent imperfectum, et quasi semiplenum usum
rationis, possunt venialiter peccare ex semiplena advertentia, quae non sufficit
ut mortaliter possint peccare: ergo si in illo spatio temporis adhuc habeant,

originale ex eo quod baptizata non sint, poterunt cum originali iungere veniale.

434 Probatur: quia adhuc omisso eo praecepto non repugnat, puerum accedentem ad usum rationis ignorare tale praeceptum se perfecte convertendi ad Deum, et ita licet omittat eam perfectam conversionem ad Deum, non peccabit mortaliter; id tamen poterit alia venialia admittere in alia materia: quia in tali puero adhuc datur peccatum originale, poterit cum illo iungere veniale.

435 Hinc ad rationem dubitandi potest multipliciter responderi. 1° iuxta 1am probationem negando dari tale praeceptum perfectae conversionis ad Deum in 1° instanti usus rationis ex eo quod admittendum non sit praeceptum difficilis adimpletionis. 2° iuxta 2am probationem omittendo dari tale praeceptum negando consequentiam: quia omisso quod homo accedens ad perfectum usum rationis necessario debeat, vel se convertere, vel peccare mortaliter, adhuc in aliquo tempore ante perfectum usum rationis et in imperfecto usu rationis cum semiplena advertentia poterat venialiter tantum peccare. = 3° iuxta 3am probationem distinguendo antecedens quoad 2am partem, vel non adimplet tale praeceptum ex malitia et ita mortaliter peccat, concedo antecedens, vel non adimplet ex ignorantia invincibili, et ita peccat, nego antecedens. Potest enim, licet gravi praecepto detur illud invincibiliter ignorare, et ita eius omissione non peccabit.

436 Dices iterum contra. Si admittatur homo cum solo veniali, et originali, sequeretur quod si talis homo in eo statu moriatur, non daretur locus ubi puniatur; sed non hoc sequatur dicendum, ideo non potest. Probatur antecedens: quia talis homo non esset puniendus in inferno, quia ibi solum puniuntur, qui cum mortali moriuntur. Non in purgatorio, quia ibi solum puniuntur, qui cum solo veniali moriuntur. Non in limbo, quia ibi solum puniuntur, qui cum solo originali moriuntur. Ergo non datur locus, ubi post vitam puniatur.

437 Huic argumento varie nostri Doctores respondent. 1° aliqui cum P. Barg. q. 89 respondent, cum hoc puniendum

esse in inferno. quia in inferno puniuntur, qui puniendi sunt quacunque ex causa pœna æterna sensus; atqui nunquam talis homo puniendus esse pœna æterna sensus: quorum ratio est, quia dum peccatum durat, et pœna durare debet; sed peccatum veniale talis hominis durabit semper in æternum, quia in alia vita nullum peccatum remittitur, ideo talis homo puniendus est per accidens pœna æterna. — Alii cum P. Oviedo, et Izquierdo respondent, Deum non permissurum aliquem cum solo originali, et veniali moriturum; propterea quod nullus esset locus a Deo tali homini puniendo præparatus. — Alii cum Exm. nostro discipulo de pœnitentia respondent, talem hominem puniendum esse in lymbo: et ibi passurum pœnam temporalem sensus correspondentem peccato veniali: sed vel in lymbo, vel in alio loco a Deo pro libito suo designando, sive in aere, sive in terra, sive in ipso purgatorio pœnam correspondentem habiturum, deinde in lymbum transmittendum. Quæ ultima responsio verior mihi videtur.

438 3. difficultas:

An sit possibilis creatura natura sua capax solius peccati venialis, et incapax mortalis: aut e contra capax mortalis, et incapax venialis? Resolutio huius difficultatis multum pendet ex alia difficultate quæ tunc in materia de Angelis, tum in materia de gratia agitari solent: An sit possibilis substantia creata natura sua impeccabilis: sive in naturalis sit gratia sanctificans? Id quod ad præsentem attinet duplicem partem continet difficultas hic resolvenda: 1.º An sit possibilis creatura natura sua potens peccare venialiter, et impotens peccare mortaliter? 2.º An sit possibilis potens peccare mortaliter, et impotens peccare venialiter? Et quidem difficultas est de creatura capaci, aut incapaci ex natura sua, et independenter a quolibet alio dicto, et illius debito: quia certum debet esse non repugnare creaturam per accidens, et ratione alicuius indebiti incapacem peccandi mortaliter, capacemque peccandi venialiter: quod aliquantulum, qui confirmati essent in gratia; et ita evenisse in Apostolis docet communis Sententia.

439 Ad 1.^m^ difficultatis partem aliqui cum P. Baigr q. 89 art. 6 docent, implicare creaturam rationalem capacem peccandi venialiter, quae eo ipso non sit capax peccandi mortaliter. Alii cum P. Rip. disp. 23 n.º 40 talem creaturam possibilem admittunt. Quae 2.ª 11.ª sententia mihi est. Probatur: quia non implicat creatura rationalis ita limitati ingenii et cognitionis, ut non possit habere plenam advertentiam et deliberationem, quae ad peccandum mortaliter etiam in materia gravi necessaria est, et solum possit habere semiplenam ad peccandum venialiter sufficientem; qualem de facto dari diximus n.º 436 in puero ante perfectum complementum usus rationis; ideo talis creatura esset capax peccati venialis et incapax mortalis: ergo talis creatura non implicat. Probatur maxime: quia talis creatura neque esset infinite perfecta, cum potius esset imperfectae cognitionis, neque esset infinite imperfecta, cum adhuc perfectior esset aliis entitatibus materialibus et irrationalibus: ergo talis creatura non implicat.

440 Ad 2.^am^ partem resolutionis advertendum est, peccatum posse esse veniale vel ratione semiplenae deliberationis, vel ratione parvitatis materiae: quo supposito ad difficultatem multipliciter respondeo. Dico 1.º, possibilem esse creaturam capacem peccandi mortaliter et incapacem peccandi venialiter ex parvitate materiae. Probatur: quia non apparet implicatio in creatura quae solam malitiam gravem possit cognoscere, et non levem, ad modum quo homines habentes defectum in oculis videntes dumtaxat maiora, parva vero videre non possunt; ideo talis creatura non posset peccare venialiter ex parvitate materiae: ergo. = Dico 2.º neque implicare creaturam aliquam capacem peccandi mortaliter, et incapacem peccandi venialiter ex semiplena deliberatione. Probatur: quia neque apparet implicatio in creatura adeo perspicacis ingenii, ut nihil cognoscere possit nisi perfecte et cum plena advertentia: imo huiusmodi esse Angelos et animas separatas plures docent cum P. Oviedo de peccatis, ideo talis creatura peccare non posset venialiter ex semiplena deliberatione: ergo.

Dico 3.º, impossibilem

441

ac creatura capace peccandi mortaliter et incapace absolute peccandi venialiter. Probatur: quia si ponatur talis creatura quae solum possit cognoscere malitiam gravem, et non levem, ea poterit semiplene cognoscere, et ita ex semiplena deliberatione peccare venialiter: si ponatur ea adeo perspicacis ingenii, ut nihil possit nisi perfecte cognoscere, poterit etiam perfecte cognoscere malitiam levem, et ita ex parvitate materiae peccare venialiter: ergo implicat creatura capax peccandi mortaliter, et absolute incapax peccandi venialiter. Disp. 2a. De effectibus pecc. Cap. 1m De poenis alterius vitae.

DISP.o II.a

De effectibus Peccati. —

CAP.t 1m

De poenis alterius vitae. —

442 Inter effectus peccati praecipue annumeratur reatus ad poenam: qui potest sumi vel active pro assignatione Divina peccatoris ad poenam; vel passive pro dignitate ipsius peccati ad poenam. Unde potest in universum loquendo non esse idem reatus ad poenam atque dignitas ad poenam: potest enim aliquis habere debitum seu obligationem patiendi poenam ut fideiussor, quin tale debitum sit reatus quia reatus debet esse debitum contractum ex propria culpa: cuius ratio est, quia reatus debet subiectum denominare reum; quod denominatio stare non potest sine propria culpa.

443 Ubi supponendus tale reatus poenae consistit in ipso peccato et per carentiam condignae satisfactionis saltem virtualis pro poena debita: quod supponimus constat ex dictis circa constitutionem peccati habitualis. Qui reatus potest esse vel ad poenas a Deo infligendas in hac vita, de quo sequenti capite vel faciendas in alia vita, scilicet pro mortalibus in inferno: pro venialibus in purgatorio: et pro originali in Limbo; quod de fide certum est. Ceterum circa has poenas alterius vitae aliquae difficultates nobis hic resolvendae sunt. 1a difficultas: utrum in inferno omnis poena aeterna sit; vel aliqua in aliquo remittatur? 1o. 1a sententia docet, in inferno poenas correspondentes peccatis

veniali[b] licet remittit quoad culpa, nec aeterna, id tandem remitti eo dimodo ac si esset pœna purgatorii. Ita max sæpe dicta Navarrus et communiter scholastici cum subtilis in 4 dist 21 q 1 et dist 15 q 1. = 2 sic docet, omnem pœnam etiam venialibus correspondentem esse aeternam. Ita PP Baiges et Tanerus cum Exm Nostr tomo 4 in 3 parte disp. 11. = 3 sic docet esse aeternam pœnam etiam correspondentem venialibus, quæ tempore mortis durabant quoad culpa, ceterum nec aeternam pœnam correspondentem peccatis sive mortalibus, sive venialibus iam remissis quoad culpa tempore mortis. Ita Dur in 4 disp 21 q 2. Ex D Thoma allatis a P Arriaga disp 55 de peccatis sect 8. = Cum sic ad difficultatem

444 Reso, nec aeternam pœnam correspondentem venialibus aut mortalibus semel remissis quoad culpa, id eas in inferno remitti. Probatur quia pœna solum debet durare quoad usque peccator satis patiatur quiequid pœnæ adæquat gravitatem culpæ; id patiendo pœnam non æternam satis patit peccator quicquid pœnæ correspondet gravitati culpæ venialis aut mortalis iam remissi. Ergo solum debet durare pœna non æterna pro peccato veniali aut mortali iam remisso. Planæ etat: quia Deus non punit ultra id, quod culpæ correspondet; imo communiter dicit, Deus citra dignum punire, præmiare vero ultra condignum: et quidem ea cum satis patiendo, quod pro illa patitur satis, sicut patit condignitatem culpæ. Probatur minor: quia in Purgatorio patiendo pœnam non æternam datur pœna æqualis, saltem iuxta Divina mensura, quæ adæquat gravitatem peccati venialis et mortalis iam remissi: ergo per pœnam non æternam satis patit peccator quicquid pœnæ correspondet gravitati culpæ venialis aut mortalis iam remissæ.

445 Dices 1° requiri ad satispassionem acceptationem voluntariam et amicabilem pœnæ. = Sed contra: quia sine fundamento a condigno ponitur tanquam necessaria ad satispassionem: quod probatur: quia licet reus indignissimo et impatientissimo animo toleraret pœnam pro suo delicto imposita, et a legibus statuta, satispateret, ita ut ulteriorem pœnam pro illo delicto iudex inferre non posset, licet inferret, iniuste ageret.

nem nobis culpa debet: quia ea voluntaria et amicabiliter acceptao penæ ad satisfactionem necessaria non est.

446 Dices 2°. In inferno neque remittitur veniale quoad culpam: ergo neque pœna remittitur. Antecedens patet: alioquin daretur in inferno aliqua remissio remissio seu redemptio contra communem catholicorum sensum. Probatur consequentia: quia dum culpa durat debet durare reatus ad pœnam utpote effectus fidelis culpæ: ergo pœna durare debet. = Communiter scholastici negant antecedens: quia ut distinguant peccatum veniale quoad culpam per reatum ad pœnam, et ideo docent talem reatum non durare in æterno non veniali, communiter asserunt, neque durare veniale quoad culpam. Alii non concedunt, veniale remitti quoad culpam in inferno; quia licet damnati adhibeant satisfactionem pro veniali, satisfactionem adhibere non possunt. Iuxta quam doctrinam

447 Omisso antecedente, nego consequentiam. Ad probationem nego antecedens: reatus enim ad pœnam licet sit effectus culpæ, potest culpa sine eo effectu manere; sicut e contra potest manere reatus ad pœnam quin maneat culpa ut de facto evenit plerumque: et quidem magis dependet effectus a causa, quam causa ab effectu: et hoc utrumque dico, quia culpa et reatus sunt causa et effectus in genere morali, quod genus morale non debet habere cum rigore dependentiam quoad eam de genere causæ physicæ. Addendum, quod dum dicitur quod in inferno non potest dari remissio, seu redemptio, ratio id debere intelligi in ordine ad exeundum ex inferno; non aliter.

448 2 difficultas: An aliqua ratione probari possit, pœnam correspondentem peccato mortali esse æternam? Supponit internum quoad stare ex fide esse æternam ex illo Matthæi 25: *Ite maledicti in ignem æternum*. Resolvo, aliqua ratione probari posse hoc modo: quia illa est digna pœna, correspondens peccato mortali, quæ valde homines terreat a mortali; sed pœna æterna talis est: ergo pœna æterna est digna correspondens peccato mortali. = Aliter solet communiter idipsum probari, scilicet, quia pœna debet durare dum peccatum durat quoad culpam; id

161

peccati mortale quo ad culpa in aeternu durantis: sed poena libe-
rao remissa manet eo tibi: quia poena solum debet durare dum peccatorem adhibeat sufficientem satisfactionem, quicquid sit de culpa quoad maculam.

449 Resp. difficultas: an peccatum mortale remitti possit quoad culpam non remissa poena aeterna: vel remitti possit poena aeterna non remissa culpa? Negant aliqui, qui cum Scoto peccatum habituale per reatum poenae constituunt. Affirmant alii cum P. Conine de poenitentia disp. 2 dubio 5. Prob. 2um ut communiorem. Prob.: quia reatus seu obligatio ad poenam aliquid separabile a culpa, ut patet in peccato remisso cuius tota poena non solet de facto remitti; idcirco omnino est obligatio ad poenam ex ipsa culpa non manente culpa quo ad aliquam partem neque obligatio ad poenam potest manere in aliqua parte: ergo obligatio ad poenam ex ipsa culpa separabilia sunt: negantes quia Deus poterit remittere culpam relinquendo poenam, et remittere poenam relinquendo culpam.

450 Resp. 3. praeterea pot: quia iuxta plures patres, quandoque moritur in gratia cum aliquo veniali, Deus in ipso instanti mortis remittit veniale quoad culpam, relinquendo irremissam totam poenam tali peccato correspondentem, quam totam poenam passurus est in Purgatorio: praeterea iuxta plures etiam patres ambos in pace admissum, in damnatis habentibus veniale remitti illis tale veniale quoad poenam per satisfactionem manente irremisso ipso veniali quoad culpam: ergo potest culpa venialis remitti, nulla eius poena remissa. et potest etiam remitti tota poena venialis non remissa culpa: idem dat paritas ratio, ut hoc possit in venialibus et non in mortalibus: ergo idipsum potest evenire in mortalibus.

451 [illegible] difficultas: an poena damni, scilicet carentia beatitudinis, sit aequalis in omnibus damnatis? supponit difficultas poenam sensus esse inaequalem pro maiori aut minori gravitate et numero peccatorum. De poena damni alii affirmant esse in omnibus aequalem, docent

pœna damni nihil aliud esse quam exclusionem totius beatitudinis, quæ exclusio æqualis omnibus datur. Alii eam pœnam inæqualem ponunt docentes, esse magis carentiam beatitudinis in illis, qui proximius erant ad magnam gloriam ante ultimum mortale, ut sæpe bene notat P. Arriagadius, sed hæc diversitas de solo nomine est. Atque circa dolorem et tristitiam de amissione gloriæ absolute dicendum est, majorem in iis, qui propter gravitatem et plura peccata damnati fuerunt, et majore appetitione de beatitudine amissa: id hic dolor, et tristitia potius ad pœnam sensus expectat.

452 Ultima difficultas est de potentia Dei absoluta possit pœna aliquorum damnatorum remitti, et ex inferno extrahi, et in beatitudinem transmitti? Idem est posse, imo ita allegando evenisse in D. Damasceno sermone de defunctis affirmant Navarrus, Soto et plures alii allati a P. Salas 1a. 2æ. tractatu 13, idque de Traiano asserunt, qui precibus D. Gregorii, et de Falconilla, quæ precibus S. Teclæ ex inferno ad beatitudinem translati fuerunt. Et si omnis quæ historia tanquam fabulosa, ut alii, rejiciat P. Valentia 2a. 2æ. disputatione ... de veritate hujus historiæ, non videtur neganda possibilitas ejusmodi casus, qui evenire potest extrahendo damnatos ex inferno ad vitam, ut pœnitentiam agant: in suppositione enim, quod Deus possit condonare peccatum sine ulla pœnitentia aut retractatione ex parte peccatoris (quam veram judico) transmittendo immediate animam damnati ex inferno ad beatitudinem.

CAP. II

De pœnis hujus vitæ.

453 Triplex assignari potest pœna in hac vita pecco correspondens; alia quæ necessario sequitur ad peccatum, alia quæ non necessario: idque juxta Divinam voluntatem libertatem peccatoris sequitur et non naturaliter. Generaliter peccati mortalis carentia gratiæ et reatus pœnæ æternæ, venialis reatus pœnæ temporalis. Generaliter mortali, tribulatio est, negatio auxiliorum...

licere, quas pœnas licitas peccator mereatur, solet in Deus easdem inferre, id totum pœnæ in alia vita relinquens. De pœna necessario sequente nihil hic dicendum restat: de aliis vero pœnis aliquæ difficultates hic resolvendæ.

454 1.a difficultas: utrum in pœnam solius venialis Deus aliquando immittat quælibet mala temporalia etiam mortem? Resolvo cum communi affirmative. Probatur: quia peccatum veniale punit Deus pœnis purgatorii, quæ multo excellunt omnia mala temporalia: ergo etiam hæc potest Deus inferre in pœnam solius venialis.

455 2.a difficultas utrum Deus in pœnam peccati neget auxilia etiam sufficientia? Supponit difficultas cum communi, Deum aliquando negare auxilia congrua seu efficacia in pœnam peccati: cuius ratio est, quia collatio auxilii congrui est speciale Dei beneficium, quod Deus nulli tenetur conferre: ergo illud potest Deus negare in pœnam peccati. Resolvo cum P. Arriaga disp. 54. Deum posse indirecte negare auxilium etiam sufficiens in pœnam peccati. Probatur: quia in pœnam peccati potest Deus permittere ut in circumstantiis, quæ dispones erant ad motiones, et cogitationes salutares peccator ad alia divagetur, aut dormiat aut in amentiam incidat, et ita eas motiones, et cogitationes non sentiat; id hoc est indirecte negare auxilium sufficiens situm in talibus motionibus, et cogitationibus: ergo in pœnam peccati negare potest indirecte auxilium sufficiens. Utrum possit etiam directe negare omne auxilium sufficiens valde inter doctores dubium est: de quo agitur in materia de providentia et prædestinatione.

456 3.a difficultas: utrum peccatum possit esse pœna alterius peccati? Ex dictis certa est veritas, permissionem peccati posse esse pœnam alterius peccati: quia negatio auxilii congrui ad vitandum peccatum est permissio peccati; sed ut iam dictum negatio auxilii congrui potest esse pœna peccati: ergo et permissio peccati. Difficultas ergo est: utrum ipsummet peccatum in se ipso possit esse pœna alterius peccati? Aliqui affirmant cum Scoto in 2. distinctione 37. Alii negant cum P. Vasquez disp. 146. Resolvo, peccatum ratione sui non esse pœnam alterius peccati; posse tamen ratione alicuius

peccatum aut subsequens peccatum. Aliqui probant ex eo quod pœna debet esse involuntaria patienti quod non habet peccatum. Id hæc ratio nemini solet quia licet quis appeteret exilium, ad quod in exilium mittat, culpa committeret, tale exilium illi obea culpa inflictum, haberet rationem pœnæ et tamen esset illi voluntarium: ergo non est de ratione pœnæ esse involuntaria patienti.

457 Probatur ergo responsio quoad primam; quia pœna inflicta pro offensa, debet cedere in bonum personæ offensæ, vel saltem non debet cedere in illius malum et displicentiam; sed peccatum cedit in displicentiam Dei offensi: ergo peccatum non potest esse pœna alterius peccati. — Probatur responsio quoad 2^am partem: quia peccatum potest esse pœna ratione negationis auxilii congrui, id est, negatio auxilii congrui ex qua infertur peccatum, potest esse pœna alterius peccati: ergo unum peccatum ratione alicuius præcedentis potest esse pœna alterius peccati.

458 Quanta difficultas: utrum Deus punire possit peccatum ad æqualitatem et tantam inferre pœnam peccatori, quantam peccatum meretur. Supponit interrogatio communi, de facto Deum ultra condignum punire peccatum et quærit de possibili. Negat Altissiodorensis primo, summæ capite 15 q. 2 asserens, nihil misericordiæ misceri in punitione peccati esse peccatum contra misericordiam. Affirmat P. Salas disp. 13 sect. 9 cuius sententia vera mihi est. Probatur: quia tam perfecta est Divina iustitia, quam Divina misericordia; sed non est contra Divinam iustitiam ex integro uti misericordia totum parcendo: ergo neque est contra Divinam misericordiam ex integro uti iustitia totum puniendo.

459 5 difficultas utrum peccatum mereatur annihilationem peccatoris? Negat P. Salas loco citato. Affirmat P. Alext disp. 8 q. 17 cuius 11 ueriorem mihi est. Probat: quia non est maius malum annihilatio, quam inferni poena; ideo hanc meretur peccatum: ergo et illam.

460 6 difficultas: utrum unus puniri possit pro peccato alterius? Negat P. Tamerus disp. 1 q. 10. Affirmat communiter D. Thoma 2a 2ae q. 108, cuius 11 ueriorem mihi est. Probatur ex illo Exodi 20: ego sum Dominus: uisitans iniquitatem Patrum in filios in 3am et 4am generationem et ex illo Josue 7: ubi ob furtum Achan furtum tot sunt exercitum caesus fuit. Et ratio esse potest: quia propter coniunctionem naturalem filiorum cum Patribus, subditorum cum Principe ex damno unius censetur alterius: ergo et poena unius censebitur poena alterius: ergo unus pro alterius peccato puniri potest.

461 7 difficultas: utrum Deus punire possit innocentem etiam aeterna poena inferni? Si sumatur punire proprie sumatur certum est debere ... explicare, quia punitio proprie est poena illata ... culpae. Certum praeterea est posse Deum posse innocenti inferre mala poenalia, scilicet dolores, et etiam mortem in ... creaturarum. Restat difficultas de poena inferni: utrum eam adiudicare possit Deus innocenti nullum habenti peccatum? Affirmat P. Tamerus n° 125. Negat P. Arriaga disp. 33, cuius 11 ueriorem mihi est. Probatur, quia licet attento ... dominio Dei id sine iniustitia possit Deus, contra rationem eius infinitae misericordiae ... absolute dicendum est id Deum non posse. Probatur antecedens: quia ratione infinitae misericordiae repugnat Deo crudelitas quae ... misericordiae opponitur; ideo maxima crudelitas intentare acerbissimas poenas per aeternitatem damnare eum, qui nullam commisit culpam, quae ... meretur poenam: ergo ratione infinitae misericordiae id ... est.

462 Ultima difficultas: quomodo peccatum minuat naturalem inclinationem

ad bonu, et augeat ad malu? Rao dubitandi ē: q̄a minuit tanqam pœna n solu pecci originalis, ide etia personalis assignat ea diminutio inclinaois ad bonu n solu originalis, sed et ex carentia auxilioru, ide etia diminutio inclinaois nalis; q̄ quid vr ee contra id, qd D Dio de Divinis nominibus cap 4, ait, scit per peccatu integra manere dia nalia. Ppt hanc raone Durin 2° dist 34, nat inclinaone nale ad bonu nullo modo minui per peccatu, asserit q solu minui inclinaonem quam per bonu quibusdam acquisierat. Id oppositum cu D Thoa hic q 85 art 1° docet etia inclinaone nale ad bonu minui per peccatu, et hanc diminutionem ee pœnam oi pecci. Qua comuni sta supposita difficultas e, quomodo id eveniat.

463 Reso
cu P Vasqz disp 137, inclinaone nale ad bonu per peccatu solum ex parte esse minui. Probt, qia inclinao nale in sui ut pote fundata in ipsa nat hoc mutari n pot, alioqn ipsa naa intrinsece mutaret; id si inclinao nalis in se sui minueret, in se sui mutaret: Ergo. Minuit tamen ex parte quatenus voluntas per peccatu manet quasi habitualit magis propensa ad malu, quam antea erat: ac ma quo per exercitium vitiosi libi oppaoi sensualis si oppaoe contra nas passiones, voluntas manet propensa ad illas oppaones; ita voluntas per exercitiu pecci manet magis propensa ad malu pecci; et exiget minus facile ad bonu oppositum. Et in hoc sensu etia dicit hoc per peccatu etiā originale vulneratu fuisse in nalibus.

DISP° III

Aliquæ quæstiunculæ.

464 1° quæstiuncula: Ut Deus posit remittere peccatu in eodem instanti, quo committitur, aut antequam committat. Affirmant aliqui ut P Lugo de pænitentia disp 7. Nantalis cu Amto lib 7 contra cap 21. Reso, n posse Deu fralit remittere

180

peccatum in instanti, quo remittit, posse remittere virtualiter illud remittere
Probatur 1a pars: quia remittere formaliter peccatum, est formaliter destruere peccatum; sed
plane peccatum formaliter destrui in eodem instanti quo remittitur, sic ut ostenditur explicite.
Maior quia peccatum formaliter destrui est aliter dicere, non dari peccatum quod immediate antecedebat, quod nunc verificari non potest. 2o quia verificaretur, peccatum in illo eodem instanti dari, ut potest in illo instanti remissum peccatum, ut supponitur, et non dari, quia in illo instanti remissum est, ut etiam supponitur: ergo plane peccatum formaliter destrui in instanti, quo remittitur.

Probatur 2a pars responsionis: quia Deum remittere
465 virtualiter peccatum nihil aliud est quam Deum ita se habere erga hominem ponentem actionem suam peccaminosam, ac se habet quando ipsum eum formaliter remittit peccatum; sed Deus potest hoc modo se habere erga peccatorem in instanti, quo remittit peccatum: ergo. Maior constat in aliis denominationibus virtualibus, unde dicitur virtualis, quae nihil aliud est quam ita se habere in ordine ad morem suum, ac si daretur dictio actualis. Probatur minor: quia in instanti, quo remittit peccatum, potest Deus parte habere offensio, cedendo iuri, quod habet ad odio habendum, et satisfactionem exigendo, sed hoc est se habere eodem modo, ac se habet, quando formaliter remittit peccatum: ergo. Maior constat: neque in ulla probatione datur, in eo, quod in ipso instanti, quo homo sui sufficienti libertate et cognitione committit lacunam dicere facto, Deus nolit illum odio habere, neque ab illo exigere satisfactionem, sicut ipsi pro ipsa potest in instanti regenerationis sine ulla retractatione peccatorum, (ad hoc modo supponimus) minor etiam constat: quia effectus remissionis formalis peccati nihil aliud sunt nisi illa ablatio odii Domini et sibi satisfaciendi offensio.

466 Instat: quia Deus non potest remittere homo obligationem illi dandi librum in eodem instanti quo Deus per promissionem se obligat ad dandum tale librum, cedendo iuri, quod in Deum tunc acquirere poterat circa dominium librum: sic et ergo potest Deus remittere peccatum in instanti, quo remittit, cedendo iuri quod in peccatorem tunc acquirere poterat ad illum odio habendum, et satisfactionem exigendum. = Hinc potest idem dicendum esse de remissione peccati antequam fiat: eadem quippe est ratio.

367 Dicuntur Deus cedere iuri suo in instanti quo peccatum remittit, et facere, ne actio sit peccatum, quae alioquin peccatum foret; id facere seu impedire, ne actio aliqua sit peccatum, non remittere peccatum; id longe distare impedire, ne resultet peccatum, ac remittere peccatum; quod implicat, Deus cedendo iuri suo remittere peccatum in instanti quo remittit. — Distinguo majorem; Deum cedere iuri suo in instanti quo peccatum remittit, et facere ne actio sit peccatum sub eo, quod ex parte creaturae requirit ad rationem peccati, nego majorem; sub eo, quod ex parte Dei requirit, concedo. Distinguo etiam minorem: id facere ne actio sit peccatum ex defectu illius, quod ex parte peccatoris requirit, non remittere peccatum, concedo minorem: ne actio sit peccatum ex defectu illius, quod ex parte Dei requirit, non remittere, subdistinguo, non remittere formaliter, concedo minorem; non remittere virtualiter, nego minorem.

368 Actio lata peccaminosa (?) ex capite potest non evadere hic, et nunc peccatum, vel quia deficiat aliquod requisitum se tenens ex parte creaturae, qualis est per ignorantiam etc. et hoc modo impedit superior per ablationem praecepti ne actio subditi evadat peccatum, quia impedit ab illo iudicium de prohibitione quod necessario ex parte operantis ad peccatum, et impediendo hoc modo peccatum non illud remittere. Potest alio modo impediri peccatum, scilicet quia deficiat requisitum ex parte solius Dei, qua ratione impedit peccatum in nostro casu in quo stat ex parte creaturae quidquid requirit ad peccatum, scilicet libertas, iudicium de prohibitione etc. Et solum deficit ex parte Dei voluntas exigendi satisfactionem, aut odio habendi peccatorem: et facere hoc modo, ne evadat peccatum, unde est remittere saltem virtualiter peccatum; cum tale impedimentum proveniat ab eo, cui potentia est peccata remittere. Sicut in re pro alio ante hoc (?) ... et Petro, qui tenetur iuri suo in instanti, quo illi Paulus committit librum, dicitur potest remittere virtualiter Paulo obligationem tradendi librum, cum Paulus potest quidquid ex parte sua requirit ad talem obligationem.

369 Quaestiuncula est possibile

peccatum, quo gravius aliud, aut quo levius aliud esse possit? Reso-
lutio huius difficultatis pendet ex dictis in physica circa possibilitatem creatu-
rarum maximae et minimae: qui enim ibi omnem minimam, aut omnem maximam
possibilem, aut impossibilem affirmant, idipsum de peccato asserere debent, quia
eadem ubique est ratio.

470 3a quaestiuncula: utrum sit possibile peccatum essentialiter ex
natura sua irremissibile? Supponit interrogatio, in hoc rerum ordine
nullum esse peccatum ex se irremissibile, id ad summum ab extrinseco, qualia sunt peccata
damnatorum ratione decreti Dei: difficultas ergo est: utrum sit possibile peccatum quod ab
intrinseco et ex natura sua repugnet remitti? Negat P. Arriaga tom. 8 disp.
12. Affirmat P. Card. de Lugo de poenitentia disp. 6. Cuius sententia verior
videtur. Probatur: quia non implicat Deum essentialiter quidem decretum habere decretum
non remittendi ullum peccatum, ergo hoc decretum aliquando vel ut Deo revelatum, id
in tali casu si quis non credat ei revelanti, committet peccatum essentialiter irremis-
sibile. Probatur consequentia: quia illud peccatum non credendi Deo revelanti depen-
det essentialiter ab eo decreto, id quod dependet ab illo decreto est irremissi-
bile: ergo est essentialiter irremissibile. Maior patet: quia peccatum non credendi il-
lud decretum habet pro obiecto ipsum decretum, et consequenter essentialiter dependet
ab illo, sicut quodlibet peccatum a suo obiecto. Probatur minor: quia si tale peccatum
quod dependet ab illo decreto posset remitti, tale decretum posset
esse falsum; id tale decretum essentialiter repugnat esse falsum: ergo quod dependet ab illo est
essentialiter irremissibile. Maior patet: quia aliter posset a Deo peccatum remitti et posset esse falsum decre-
tum de nullo remittendo peccato. Minor etiam patent.

471 4a quaestiuncula: utrum peccata semel remissa reviviscant
per subsequens peccatum? De meritis per peccata mortificatis communiter
est reviviscere, cum quis iterum se iustificat. De peccatis est difficultas:
ubi supponendum, peccata de facto non reviviscere, neque physice
et actualiter; quia non est physica reproductio, quae de facto non datur: quae-
rit ergo de reviviscentia morali, id est quo ad iniuriam [illegible] maculandi animam,
[illegible] de merendi hunc gradum gratiae, [illegible] tanquam si actualiter

darent. Aliqui affirmant afferentes Granianus Hugonem et Cajetanum, Dicionem et Malgimum in 4° distinctione 22. Alii docent quod licet peccata praeterita remissa non reviviscant, caeterum peccatum subsequens ratione ingratitudinis in Deum, qui priora peccata pepercit, tantam poenam mereri, atque omnia simul peccata praeterita, et ita posse dici saltem virtualiter reviviscere. Alii docent, 4° quatuor peccatorum species ea quae propter suam specialem malitiam et gravitatem reviviscunt, scilicet odium fraternum: contemptum confessionis: poenitentia priorum emendationem, et apostasiam a fide.

472 Communis vero, et Divus Thomas hic q. 88 art. 1° docet, nullo modo peccata semel remissa reviviscere. Et haec vera est. Probatur ex Ezechiele cap. 18, si impius egerit poenitentiam... omnium iniquitatum ejus quas operatus est non recordabor. Et ex Gelasio papa illo capite Divina de poenitentia distinctione 4 ubi ait: Divina clementia dimissa peccata in ultionem redire non patitur. Probatur ratione: quia peccata per poenitentiam absolute remittuntur: ergo numquam reviviscunt. Antecedens indubitatum videtur: neque Deus de facto remittit peccata sub hoc aut illa conditione, sed absolute omnia peccata exstinguit. Probatur consequentia: quia si peccata per subsequens peccatum reviviscerent, jam essent remissa solum conditionate, si iterum non peccaret: ergo si absolute remittuntur peccata, numquam reviviscunt.

473 Obiicies illam Christi parabolam Matthaei 18 de servo cui Dominus omnia debita remiserat, postea vero, quia ipse noluit conservo suo remittere, Dominus indignatus illum in carcerem misit, et omnia integra debita repetiit: ubi Christus ita concludit: sic et Pater meus caelestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo. Ergo ob peccatum subsequens peccata semel remissa reviviscunt. — Varias huius argumenti solutiones affert Eminentissimus noster Dominus disputatione 3 sect. 1. ° 1° Respondet Vasquez q. 89 respondet, Deum aliquando in poenam peccati sequentis ingratitudinis permittere, ut peccator in tot gravia peccata iterum

labat ac prius illis misericorditer remissa fuerant, et ita aequalem mereat poenam. 2° Thomas Hurt. disp. 12a respondet, peccata hentia praecipue ex circumstantia ingratitudinis aggravatoriam malitiae peccatorum antea remissorum.

474 3° P. Arriaga disp. 15 respondet, illum servum non fuisse punitum ob debitum semel remissum, sed ob novum debitum contractum atque post remissionem, usque ad ingratitudinem et crudelitatem contra suum conservum; et ob hoc novum debitum et illam crudelitatem fuisse punitum. 4° P. Conink disp. 2a respondet negando ibi loqui de debito semel remisso; ceterum multoties in parabolis plura afferri ad ordinationem parabolae, quae postea non singula exsequi debeant, imo nec possint ex toto rigore ad mores applicari.

475 Hic ergo tandem una de peccatis sit controversia. Faxit Deus, ut quae pro meliori peccatorum speculatione tradidimus ad vitanda peccata efficacius lectorem permoveant; ut ita noster hic labor sicut ex corde appetimus in Dei optimi maximi honorem nec non et immaculatae Virginis Deiparae laudem gloriosius cedere valeat. Hispali die decimo Junii anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo a me infra scripto scriptore Joanne Ant.° Del Hierro.

TRACTVS DE

arcanis Sacræ scripturæ sensibus ad primam partem D. Thomæ articulo decimo. A R.º P. Balthasare de Alcasar Professore Collegii Hispalensis D. Hermenegildi Societatis Iesu. scriptore minimo Ioanne Antonio del Hierro. Bacalauro Carmonæ nato. Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto




AUDITORIBUS

Ac licet de Sacrae Scripturae sensibus, nullo alio ex capite huius argumenti
utilitatem aptius commendare possumus auditorum ingeniis, quam si ipsius Sacrae Scrip-
turae excellentiam, et dignitatem saltem hac praelocutione attingamus. Quidquid multae
litterariae facultates humanae mentis filiae ad mortalium ingenia completanda
quas congregaverunt divitias: at Scriptura divinitus inspirata, ut divini numinis Prov. cap 31
fetus caelestis principii filia, regina scientiarum omnium pulcherrima, cuius speciem
[illegible] Rex concupivit, supergressa est universas. Hoc fulgentissimum Ecclesiae lumen
Augustinus aptissima similitudine exprimit: quanta, inquit, fuit auri, argentique, vestium lib. 2 de doc. xp.
que copia, quam de Egipto secum Hebraeus populus abstulit, prae divitiis, quas pos-
tea Hierosolimae maxime rex Salomonem consecutus est, tanta est cuncta scientia etiam
utilis, collecta ex libris gentium, si divinarum Scripturarum scientiae comparetur.
Immo divina haec scientia, non solum reliquas omnes, etiam utiles, [illegible] verae sapientiae
opibus, quas, ut thesaurus in agro absconditus, continet, longissime superat; verum
etiam ipsi Theologiae adeo necessaria est, ut qui Theologiam a sacrae Scripturae
seria commentatione dividere se posse putat (verba sunt [illegible] Cornelii) quasi
sine matre, domum sine fundamentis et ad instar terrae pensilis aquaeductus
sine scaturigine, segetem sine semine, conclusionem sine principiis, ut ille
tit. 2o subtoria, ita de delusoria levitate frustra speret. Expectet. Tanto edine in proemio ad Pentateucum
Linguae [illegible] Scripturae dignitas tanta Verbi [illegible] satis, quod ubi [illegible] benig-
nissimi numinis [illegible] pietas relucere sine verbis suis divino afflatum
ore humanis auribus percipiendum alligando proponeret, [illegible]

Segnius irritant animos demissa per aurem ~~[illegible]~~
quam quae sunt oculis subiecta fidelibus.
placuit divinae dignationi [illegible] Scripturae [illegible] sapientissimo
voluit ac mira divinae [illegible] scribenti [illegible] terrenis omnibus adhibere cala-
mum aureas (ut aptius loquar) omni iure [illegible] nobis substernere sacrorum
librorum tabulas pulcherrimos depingere [illegible] distinctas
oculis opes, mentibus [illegible] divinarum imaginum [illegible]

sue divinitatis misteria potentissime [illegible] opere divine fidei prin-
cipiis preceptis [illegible] sapientie admodum
puritate ad immortalitatem regni celestis gloriam comparanda sapienter de-
scribere, ut velut divitias inestimabiles clauderet clausasque aperiret sine
clave nemo poterit: clavis unus earum divitias arcani sacre scripture sen-
sibus latentes conditas coopertasque nulla alia nisi ipsa quorum-
bus operum sacrorum eius explanatio. —



DISP. Iª

QUID ET QUOTUPlex sit sacrae scripturae sensus.

1 Ut singulos sacrae scripturae sensus clarius exponamus, sacri sensus in communi notitiam, eiusque divisionem breviter praemittere, operae pretium duximus. Sacrae igitur divinae scripturae sensus nihil aliud est, nisi id quod spiritus sanctus, nobilissimus scripturae divinae auctor, per voces et res, quas ipsa scriptura continet, manifestare intendit. Hic autem sensus ita universim dividitur in litteralem sive historicum, et mysticum, sive spiritualem.

2 Litteralis, sive historicus est, qui vocibus ipsis proprie vel metaphorice primo significatur. Ubi observare oportet, hunc sensum historicum appellari, non quod in illo historia sit, ut recte notat Serarius noster, sed quia in historia maxime elucescat; nec tamen ideo ad scripturam totam transferatur, ita ut tota sacra litteralis debeat historia interdum vocari. Hic sensus aliis etiam nominibus a sanctis Patribus appellatur; vocatur superficies litterae, et cortex litterae, quod ipsius exprimat litteralem formam, quae velut terrae superficies aut pomorum cortex statim oculis obiiciunt. Grammaticus, quod vocibus ea significatione, qua grammatici eas accipiunt, constat. Corporalis, quod sit spirituali sensui contra positus. Textus, quod oriatur primo et immediate ex rebus per verba significatis, id est ex verbis ipsis quae textus componit.

3 Mysticus, sive spiritualis sensus est, qui rebus quas verba significant denotatur; ideoque vocatur mysticus sive spiritualis, quod intus in rebus quasi reconditus mysterii et quasi spiritus in corpore lateat. Hic sensus ulterius subdividitur communiter a theologis in allegoricum, tropologicum, seu moralem, et anagogicum. Allegoricus ad mysteria fidei,

Tropologicus, seu Moralis ad vitiis emendationem. Anagogicus ad aeternam beatitudinem refert.

4 Unde Allegoricus est qui primo significat res pertinentes vel indicantes aliquod divinae fidei misterium. Tropologicus seu Moralis est qui primo significat res pertinentes ad formandos mores. Anagogicus est qui primo significat res spectantes ad statum regni caelestis, et aeternae beatitudinis. Quatuor sensus hactenus enumerati his duobus notissimis carminibus exprimuntur.

Littera gesta docet, quid credas Alegoria,
Moralis, quid agas, quo tendas Anagogia.

Eos omnes indicare videtur D. Aug. libro 1° super Genesim ad litteram capite 1° ubi ita loquitur: in libris omnibus sanctis, intueri oportet quae ibi aeterna intimentur, quae facta narrentur, quae futura praenuncientur, quae agenda praecipiantur vel moneantur.

5 Sed clarissimum horum omnium exemplum desumitur ex epistola ad Galatas cap. 4 ibi enim dicitur: Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. In qua parte litteralis sensus manifeste apparet. Quae vero subiungitur: quae sunt per Allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta, ad sensum allegoricum pertinent. Subiicit deinde: Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum, qui secundum Spiritum, ita et nunc. Quod ad tropologicum seu moralem refertur. Deinde vero addit: illa quae sursum est Ierusalem libera est quae est mater nostra, sensum explicat anagogicum.

6 Sed quamvis supponatur omnes enumeratos sensus in sacris litteris contineri, solet in quaestionem vocari, an rectius dividatur sacer sensus in duos tantum, litteralem scilicet et mysticum, vel in quatuor illos, quos praedicta carmina complectuntur, et praedicta Apostoli verba luculenter illustrant?

7 Certum est, ex duabus his divisionibus quamlibet admitti posse cum utramque magni theologi et eruditi sacrarum litterarum expositores praecipiant. Sed mihi aptior, et melior videtur prima quam secunda. Nam illa rationes communiores aut

superiorum divisio quae in eas suas partes ipse dividit rationem inrunivam, aut superiorem aptior, et melior est quam illa quae id non praestat; sed divisio sacri sensus in litteralem et misticum tantum, in omni ipsius partes ipse dividit rationem innuerem aut superiorem sacri sensus, altera vero divisio in litteralem allegoricum, tropologicum et anagogicum id non praestat; siquidem allegoricus tropologicusque anagogicus non dividunt immediate sacrum in communi, sed sensum misticum, cuius species, vel partes sunt: aptior igitur et melior est divisio sacri sensus in litteralem et misticum tantum, quam altera divisio.

Praefato argumento ducti, ultimo allegoricum, tropologicum, seu moralem et anagogicum sensum tamquam species, vel partes sensus mistici enumeravimus. Divisionem vero sacri sensus communiorem, et ... in litteralem et misticum tantum tradidimus. His addi solent, accomodatitius, quo verba sacrae scripturae neque historice, neque mistice a bibliis significatum accomodant.

Hactenus ... in communi alia de ... sacrorum sensuum explicationem quae lucem divinam litteras, ... definitionem quae totam nobilissimam eorum naturam exprimat dedimus. Rectoque singulorum sensuum definitionem integram ... singillatim agendo ... quam iudicamus ... tractabimus ... quae intra ... sacri sensus ordinem ... prius de litterali, qui basis, seu fundamentum mistici, aut spiritualis explicaremus. Disp. ... de sensu litterali. Sectio I. ... litteralis sensus.

DISP. II.

De sensu litterali.

SEC. I.

Quid sit sensus litteralis?

10 In proposita quaestione tres numerant sag. Ve Nicolai de Lira qui in ... prologo Postillae Bibliorum sensum litteralem proprie ingsit esse, qui ... vocis ipsas

significat; misticus uero, qui per uocibus significatas exprimitur. Subiungit deinde aliquos locos Scripturae Sacrae carere litterali sensu, solum spirituali constare, idque docet euenire quoties Scriptura utitur metaphora, seu parabola: ut cum Christus Math. cap. 5 dixit: si manus tua scandalisat te, abscinde eam: et in lib. Iudicum cap. 9 dicitur: iuerunt ligna ut ungerent super se regem &c.

11 Probat eam sententiam alias reperiri in sensu Scripturae aliquod falsum esse, et absurdum: nam si aliquis esset in praedictis locis sensus litteralis, ille esset aequiuocus, qui primo significat absurdum esse dicere manum corporis esse abscindendam, et falsum, ligna sibi intelligere uoluisse sibi regem: sensus igitur illorum locorum est tantum spiritualis, qui rebus ipsis primo significatur, nam uerbis manum significat proximum, a quo separari debemus, si scandalo nobis est, per ligna uero significant uiri Sichem, qui ad eligendum sibi regem conuenerunt.

12 Hanc sententiam falsam cum P. Vasquez et multis aliis existimamus, quia minime sequitur ex oppositis absurdum, quod ipse intendit probare: siquidem in methaphoricis locutionibus uerborum significatio etiam methaphorica est; uerba enim per primariam impositionem propria, et ex secundaria impositione et translatione methaphorica, siue impropria significatione exiuntur. Vnde ubicumque est methaphora sensus litteralis est ille, quem methaphorice siue posteriori impositione et translatione uerba significant; uerba autem in methaphoris, aut parabolis accepta nichil falsum, aut absurdum explicant, ut patet. Sumi autem sensus primarios uerborum significationis, atque inde misticum necessario esse, nec rebus ipsis exornari, ut ex dicendis infra constabit.

13 Nec minus displicet haec sententia ex parte, qua docet aliquos Scripturae locos carere sensu litterali, et falsum esse sic ostenditur: nam Scriptura res per aliquid significat aut proprie, aut methaphorice: proprie sensum litteralem esse nemo dubitat: et methaphorice hoc probat argumento sensus misticus, seu spiritualis ita appellat, ut notauimus n. 9 eo quod habeat

5

intrecius, quam misterius et sicut spiritus sanctus aperte appareat, usus methaphoricus ... ita habetur id vulgo etiam notissimus, et praeterea ... et reperitur ibus iuxta subiectam materiam facile intelligit ab omnibus in ea lingua peritis: census igitur methaphoricus mistiusque, id litteralis, quo saltem nullus sacrae scripturae locus caret.

14 ... Tertia est Abulensis, qui quaestione ... in caput ... Matthaei docet, litteralem sensum esse illum, quem vocibus prime aut remote significat. Item esse rem per voces prime, aut remote significatam. Prime autem significari res censet, quas proprie voces significant, remote vero quas significant methaphorice. Haec etiam sententia nobis displicet ..., quia in ea confundere videtur aliquando predictus auctor sensum litteralem cum mistico, namque mistiusque vocibus ipsis, sed per remote rebus a prime significatis ut postmodum sententia quam inferius proponemus in de sensu mistico dicturi sumus.

15 ... Displicet ... falso ... fundamento ... sensus methaphoricus significari ... vocibus, per primum rebus: namque ... methaphorica ... quam priori impositione et proprie significabat, sed alia ... significanda ut ea ... primae igitur ... remote ... significabit ... dicimus litteram ... significamus ... illus ... id prime ipsa ... quae ... translationem ... cimus.

16 ... 5a sententia quae ... doctoribus probat asserit sensum litteralem esse illum quem vocibus ... proprie vel methaphorice significat, et hanc nos ... litteralis sensus explicatione ... dimus ... sed inter auctores qui hac sententia militant dividitur aliquatenus: namque alii, quorum adheret ... negant mentionem Spiritus Sancti in definitione sensus litteralis faciendam: alii vero, quos ... affirmant.

17 Placet nobis divini spiritus mentio sine cuius lumine nemo arcanorum sacrae scripturae sensum aut rite percipere, aut apte exponere potest, ac proinde asserimus litteralem divinae scripturae

sensum esse, quem auctor scripturae Spiritus Sanctus vocibus sub propria et usitata, sive metaphorica significatione primum significare voluit. Haec definitio traditur a P. Vasquez in 1am p. D. Thomae disp. 15 cap. 3, ubi testatur eam, aut eisdem verbis, aut paucis mutatis, tradi ab Ang. D. q. 1 ar. 10, et a PP. theologis in eiusdem articuli expositione. Consentiunt Burgensis in additione adiutas .. Lirani. Ad 1um dubium Alfonsus de Castro libro 1 adversus haereses, Driedo lib. 2 de sacra scriptura capite 2o, Sixtus Senensis lib. 3 Bibliothecae Sanctorum capite 2o, Adamus in praefatione ad commentaria Isaiae.

18 Sed ut proposita sensus litteralis definitio et aptius explicetur, et melius intelligatur, in memoriam revocandum, et prae oculis habendum discrimen inter sensum litteralem et misticum, quod satis constat ex utriusque sensus explicatione quam dedimus n.o 2 et 3o: nam cum sensus litteralis et misticus contrapositi sint et opposita si iuxta se ponantur magis elucescant, faciliusque dignoscantur, si natura mistici sensus prae oculis posita cum litteralis sensus natura quam eius definitio exprimit conferatur, maiorem haec lucem accipiet et clarius sine dubio percipietur.

19 Triplex igitur traditae definitionis pars nobis exponenda. 1a continetur illis verbis: quem auctor scripturae Spiritus Sanctus significare voluit. Quae verba necessario ponenda in definitione sensus litteralis indicamus, nam litteralis sensus, ut ex 1o hoc est apprehensione eius nominis communi constat, est ipsa auctoris mens litteris vocibus manifestata, sive mentis auctoris imago communi ratione velut penicillo fideliter et ad vivum expressa. Unde cum saepe contingat eadem voce, aut oratione varia proprie significari posse, ut omnes, quae propria et metaphorica volunt usurpari, necessario dicendum est sensum litteralem vocis aut orationis esse, quem auctor proprie aut metaphorice exprimere voluit. Alter, cum necessarie verius auctoris imago, aut expressio sit litteris manifestata; cum autem auctor scripturae divinae sit Spiritus Sanctus, necesse est, ut utique litteralis sensus scripturae divinae sit quod ex intentione ipsa exprimat. Hoc non sufficit, licet requirat necessario, nam ut ex regenti deinde videbimus sensus misticus, qui

litteralis uocari n̄ debet ex intentione Spiritus S. q. simul litteralem sub eodem loco stinet.

20 2ª definitionis pars: quo res sub propria et usitata aut metaphorica significatione. Hæc pars in definitione ponitur, ut sensus misticus excludatur: sensus enim misticus eum denotet uocibus ipsis remote proxime uero rebus intellectis, neque significatur uerbis in communi, siue propria et usitata neque in metaphorica significatione acceptis: sicut cum dixit scriptura, Jonam fuisse inuentum tribus diebus, usitata uocum significatione exprimit hystoriam Jonæ; Christum in sepulcro, quem mistice hystoria Jonæ significat, n̄ denotat usitata uocum nec metaphorica significatione, sed proxime rebus ipsis, ne pe historia illa Jonæ, uocibus uero remote quatenus usitata sua significatione historiæ Jonæ significant. litteralis uero sensus is est qui exprimit uoces sub propria et usitata aut metaphorica significatione acceptas. Sed cum etiam aliquo modo significat sensus misticus, n̄ aliter hic excluditur, at ideo aliquid addendum est definitioni sensus litteralis, ut eam quæ mistico sensui conuenire ponit.

21 2ª et ultima definitionis pars clauditur illo uerbo: 1º quo simul cum reliquis tota litteralis sensus natura, et præcipue quæ illius discrimen a sensu mistico exprimitur. Hoc enim maxime elucet quod litteralis sensus 1º et proxime uocibus, remote et 2º rebus exprimat: misticus econuerso, 1º et proxime rebus, uocibus uero solum remote et 2º significetur. Sed ut clarius prædicta definitionis particula percipiatur, notandum est uoces, quæ propria habent et metaphorica significatione, Sta duas res significare ui n̄ ordinate unam post aliam sicut contingit in sensu litterali et mistico eiusdem loci, sed ultra quæ est proxime designent, sicut æquiuoca eodem nomine significant.

22 Inde, sicut comparat rem, quam proprie significat, et rem quam significat metaphorice, diuerso significationis modo utramque respicit. Sed tota differentia est quod altera rem primam impositione proprie denotet. Altera uero 2ª ria, et metaphorica quæ dicitur translatio, qua nomen ab significatione et impositione ad aliam rem transfert, ac proinde in 1ª n̄ manet, neque tamen in 1ª non manere et 2ª rem per primam manifestare. Vox igitur metaphorice usurpata 2ª rem n̄ per alteram

quae ex 1ª expositione, et significatione exprimebat, id proxime et q translatione significat.

23 ... Ex plu nobis offerunt verba illa S.ti Job: manus tuae Domine fecerunt me, qq ille 2º significavit manus Dei sive corporea operis instrumenta, et per manus virtutem, in Deo manus, sive eius non corporea instrumenta, n. sint id proxime significavit virtutem, quâ, cum magis artifex Deus creata omnia fecit, eam quam virtutem manus per translationem appellavit, quod artifex divinus a nobis concipiat instar humani artificis, ubi manus corporeae omnium instrumenta operis sunt. Utrumque igitur in eadem voce sensus primus, et proximus sit etiam 2ª aria velut expositio, quae translatio, nunquam tamen remota significatio, sive significatio rei, quae ex 2ª expositione et translatione denotat, proxime quae ex 1ª impositione significat. Optime tamen ponit, ad utramque significationem proxima, licet in utraque impositio sit 1.ma

SEC. II.

Oppositis argumentis affertur solutio.

... Ex argumentis sacrae rei adversantibus 1.m desumitur ex P. Suarez, qui in prolegomenis Bibliacis cap. 2 regula 2ª asserit. Tradendum litteralis sensus definitionem redundantem esse, sive ambiguis superfluis verbis protrahendis, ut ostendat totam illi definitionem refert, et ratione addit ... quae ex positione ... nihil quo necesse nihil hic videatur mentionem qd Sp.s S.tus voluit indicare. Licet enim rerum se per addit, ex eo non tenet, per tenere sensus, seu ... rerum significare, id est ... per ... ex verbis eorum qd sensum d significationi illius significandum verba in signa illorum, quae in animo resident.

Vim huius argumenti, ad excludendam a definitione sensus litteralis Scripturae divinae mentionem Spiritus Sancti, non video: nam si in litterali sacrae scripturae sensu semper reperit a deinque non potest qd ex intentione et voluntate Sp.s S.ti hoc aut illud significat, id sine dubio in illius definitione exprimendum, sive notet ex voluntate Sp. S.ti litteralis sensus, sive ex litterali sensu voluntate Sp. S.ti percipimus. Siquidem ordo quae inter se tenent voluntas Sp. S.ti et litteralis sacrae scripturae sensus

ut nobis mani festent non tollit quod huius definitio totum eius naturae discrimen ab omni alio sensu scripturae sacrae etiam a litterali alterius scripti quod scriptura sacra non sit, exprimere debeat.

26 Igitur litteralis sensus definitio ut recta sit talis esse debet ut soli sensui litterali scripturae divinae conveniat: ablatis autem illis verbis, sine expressa spiritus sancti mentione definitio conveniret soli sensui litterali scripturae divinae non, sed quae bene conveniret sensui litterali cuius libet alterius scripti puta Aeneidos Virgilianae et aliorum similium, cum hic etiam quoque sub propria et usitata sive metaphorica significatione voluntatem exprimat. Ut igitur definitio quam diximus tradidit per sensu litterali scripturae divinae exprimat illius discrimen non solum ab omni alio sensu ipsius scripturae, sed etiam a litterali alterius scripti necessario continere debet illa verba.

27 Verum quod nobis praeguntius spiritus sancti voluntas ex litterali divinae scripturae sensu quam hic ex illo ignoterescit. Sed quia solus quaerit ex humanae mentis conditione quae dum in corpore licet lineamentarum rerum omnium, quas percipit species per sensus fenestras accipit, nec aliter rerum aliarum notitiam comparat iuxta vulgare philosophorum in logica: nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu: unde cum voluntatem spiritus sancti non videamus oculis corporeis quibus sacras litteras perlustrare possumus, ideo ad litteralem sacrarum ~~scrip~~ litterarum sensum recurrimus, ut ex illo veluti solem ex lumine, aut fontem ex fluvio, voluntatem spiritus sancti percipiamus; et ita ex his quae animus novit surgat ad incognita quae non novit, ut aiebat sanctus Gregorius.

28 Hoc autem non tollit, quod mens nostra recto procederet ordine si prius percipere posset voluntatem spiritus sancti et ex illa litteralem divinae scripturae sensum deduceret. Immo huvc ut rectissimum servabant ordinem Sancti Patres dum angelorum per scalam Iacob ascendentium et descendentium exemplum secuti orationi vacabant antequam sacrarum scripturarum lectioni incumberent qua sublimium oratione caelum penetrabant ut ibi voluntatis spiritus sancti notitiam compararent, eaque instructi ad litteralem sacrae scripturae sensum clarius percipiendum e caelo in terram descenderent.

29 Arguitur 2.º quia litterarum formari pot ex variis Sanctorum PP. testimoniis quae indicare videntur aliquos sacrae Scripturae locos litterali sensu carere. Multis igitur aliis omissis duo tantum quae clariora attingemus quorum solutio, aut expositio facile poterit reliquis ostendere adaptari. S. Ambrosius lib. 3 in Lucam capite de missione discipulorum Ioannis: ita loquitur; videmus plerumque in simplicibus verbis, aliquid quod sensus superiora impugnant. Quomodo Ioannes, quem in superioribus, Deo monstrante, cognovit, hic nescit? Et Paulo inferius: ita quidem simplicius simpliciter pugnat, spiritualis quaerimus figuram. Appellat sine dubio simplicitatem intellectum, quem nos sensum litteralem, seu historicum dicimus: spiritualem vero figuram sensum misticum vocat. Cum igitur Scriptura non debeat pugnantia in se continere ejusmodi locus intellectus simpliciter, id est, sensu litterali carebit. Idipsum haud obscure S. Aug. tradit lib. 3 de doctrina christiana cap. 5 his verbis: cavendum est ne figuratam locutionem ad litteram accipias: ad hoc enim pertinet quod ait Apost. littera occidit, spiritus autem vivificat.

30 Respondeo Sanctum Ambrosium et Augustinum aliosque Sanctos Doctores in praefatis et similibus testimoniis numquam appellare sensum spiritualem illum, qui sub metaphora continetur, quod licet, quodammodo sicut spiritus in corpore sub propria vocum significatione delitescat, sed latiori acceptione illum spiritualem appellant, quem etiam vocant allegoricum ut infra dicemus. Nunc vero corticem litterae dicunt accipias voces in litterali significatione a qua transferuntur: sic alii dicunt historiam, cum alii voces in litterali propria significatione usurpari non possunt. Et ex his constat sensum metaphoricum esse litteralem, eiusmodi talem sensum nunquam Scripturam sacram carere sicut antea probavimus n.º 12 et seq.

31 Arguitur 3.º contra Ambrosium ex verbis Angelici q. 1 a. 10 ad 3, dicentis: sensus parabolicus sub litterali continetur nam per voces significatur aliquid proprie et aliquid figurative nec est litteralis sensus ipsa figura, sed id quod est figuratum non enim cum Scriptura nominat Dei brachium est litteralis sensus quod in Deo sit membrum huiusmodi corporale, sed id quod per hoc membrum significatur. Sic ille igitur cum iudicat litterae nomen illud

brachium membrum proxime significari et per membrum Dei potentiam seu virtutem, ac proinde non proxime sed remote virtutem vocem ipsam denotari.

32 Dico, quod licet D. Thomas in relatis verbis asserat parabolicum sensum metaphoricum sensum petendum esse a vocibus, vel de sensibus rebus quarum significatis, in illis non intendit sensum metaphoricum qui intelligitur litteralis vocibus remote, proxime vero rebus significari, id est sensum illum simpliciter sumptum ex rerum similitudine, quatenus voces ipsae ad latam significationem translatae, metaphorice aliquid designant. Hanc esse Sancti Doctoris mentem clarissime constat ex ipso, qui in eodem articulo aperte tradidit sensum litteralem esse qui vocibus significatur immediate, vel ex opposito rebus ipsis denotari; quod idem est atque vocibus significari remote. Deinde in corpore praedicti articuli plane docet parabolicum sensum quem voces per translationem primo significant, esse litteralem; non autem quem voces illae translatae absque translatione significant. Sentit ergo Angelicus parabolicum sensum proxime significari per voces iuxta latam impositionem et translationem acceptas, et per eas solum indicat significari remote, quatenus earum [illegible] similitudo occasione praebet ut voces latam illam impositionem et translationem sortiantur.

SEC. III.

Quis sit litteralis parabolarum sensus? –

33 Totum in praesenti dubium, an litteralis sensus parabolarum sit ille, qui adducit in similitudinem, et exemplum, an ille, qui ad quem parabola per se applicatur? Cui statim respondeo, esse illum, qui in similitudinem, et exemplum adducitur. Nam ut aperte constat ex definitione, quam supra tradidimus, exposuimus, et probavimus, litteralis sacrae scripturae sensus est, qui per vocibus ipsis significatur: ergo in parabolis quae in sacris litteris inveniuntur, id quod adducitur in similitudinem et exemplum per vocibus ipsis significatur, manifeste deducitur id esse litteralem parabolarum sensum.

34 Idust sensus parabolarum melius percipiatur notandum est in parabolis duas esse partes alteram rei, quae affertur in similitudinem,

150

alterum vero quae applicatur ipsi: priore quasi historia, posteriore quasi explicatione sensus mistici et reconditi. Prior igitur habet res illas sensibiles et rudes, quae sunt quasi historia seu sensu litterali: posterior vero pars seu sensu litterali habet misterium et res spirituales, ad quas applicatur parabola.

35 Explicuit id quod dicit Mathei cap 25: simile erit regnum caelorum decem virginibus quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsae, quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque prudentes &. Ubi litteralis sensus significat factum illarum virginum, quae ut regiis, ac regiae nuptiis, earumque celebritati interessent, lampadas initio noctis manibus gestantes ex suis domibus egressae, ad regii palatii pari [illegible] alacritate properantes; sed impari lampades diligentia custodientes, impari etiam sorte provenerunt.

36 In posteriori autem parte huius parabolae quae continet illius applicationem litterali sensu sancta Ecclesia [illegible] S. D. Gregorii 10: virginibus similis enuntiatur, in qua jam mali cum bonis et reprobi cum electis admixti, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse probatur. Hic vero sensus misticus appellari potest, si ad priorem parabolae partem referatur, eo quod in re visibili reconditus sit; at relatus ad priorem partem parabolae revera non misticus, sed litteralis est.

37 Notandum est 2°, aliquando in sacris litteris fieri applicationem parabolarum, aliquando eas exponi non applicari, sed in hoc etiam casu, quando in parabolis prior tantum pars exprimitur, subintelligitur posterior pars ad quam debeat parabola applicari, et illa sensum litteralem habet, ut prius exposuimus. Hoc modo Christus aliquando ad turbas loquebatur et in genere solis parabolis applicabat, sicut Mathei cap 13 turbis dixit, simile factum est regnum caelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo, & et tamen huius parabolae applicationem sine dicto illius, quoad omnes quas continet partes, expositionem solis discipulis eam desiderantibus et petentibus tradidit.

38 Notandum est 3° tertio denique

observat Hildefonsus de Castro, et ex illo Pamius Braga, tali qd his-
toriq parabolę non ita accipienda esse quod reipsa ut narrat
~~ut narratur~~ acciderit; sed qd saltem, como potuerit evenire. Tale e illud
Math 20: simile e regnum cœlorum homini patrifamilias qi primo mane
exiit conducere operarios in vineam suam &. Ubi id qd in similitudine et exem-
plum adducit necessarium ne qd revera gestum sit. Interdum etiam afferunt in para-
bola id qd revera accidit ut fit in parabola qua regnum cœlorum
comparatur fermento, ex quo et farina massa q parat mulier ut pa-
nem conficiat; ex duobus his parabolarum modis sive duplicis predicti
modi parabolis frequentius sacra utitur scriptura. Denique interdum
etiam (licet rarius hoc in sacris litteris contingat) afferunt parabola in simili-
tudine et exemplum res aliqua impossibilis et fabulosa, ut cernitur in illa qua lib
iudicum cap. 9 ~~modo~~ proponit: ierunt ligna ut ungerent super se regem
&.

39 Notandum est sensum parabolę qd ad priorem illius partem seu generum
sive parabola sit primi, sive secundi, sive tertii generis ex primo
relatis: hoc e, licet id, qd narratur, reipsa non evenerit, nec evenire
potuerit, imo neque fuerit possibile. Nam qd in parabola adducitur
non recitat seu perstringit id qd revera acciderit, sed narrat tanqua
id, qd evenire potuerit, vel saltem supponitur ac si esset possibile, licet re
ipsa impossibile sit, ut instar illius facti, qd in rebus etiam inanimis proponit
nit aliqid morale inter homines melius exprimat. In hoc enim nullum e
mendacium, sicut nullum mendacium e in eo qd qis afferat fabulas, ut ex
illa moralem eliciat sensum, sive doctrinam humanis moribus instruendis ap-
tam deducat.

SEC.° IV.

Quomo investigandus sit litteralis scripturę divinę sensus?

40 Verus et legitimus sensus litteralis scripturę divinę pluribus
modis inveniri pot. Illis omnibus modis qi aliis etiam libris communes: nam
quicquid reliquis libris competit, id etiam, ob dignitatem et perfectionem, sacris divinis scripturis

502

librum suenire debet. 2° alij modum, quod Scripturæ divinæ magis proprie quia libri sacri ob eximiam qua gaudent supra religiones existantiam sive ex summa auctoris excellentia, sive ex maxima doctrinæ utilitate quædam habent propria quæ in libro alio non inveniunt.

41 Immanes igitur modi expositionis numerant. 1us est peritia linguarum, quibus id unius sacer exaravit, scriptura. Ideo ad veros sensus litterales scripturæ sacræ investigandum valde utile est non solum latinæ, idest græcæ et hebraicæ linguæ notitia, quasi aliquis instructus sit, ea modestia ratione illa uti debet, ut Vulgatam nostram editionem in omnibus defendat. 2us est cognitio artium quæ logendi rationem tradidit, sive grammatica sive rethorica sit. Inter partes rethoricæ illa quæ de tropis agit præcipue prodest ad sacrarum litterarum sensum dignoscendum. 3us modus est notitia disciplinarum seu facultatum quas quilibet auctor attingit. Et huc spectat historia, Philosophia, Mathesis, maxime theologia scholastica, de qua P. Salmeron Prolegomeno 18 de aliis vero disciplinis S. Aug. libro 2 de doctrina christiana cap. 28. 30. 31° et plures alii.

42 4us est consideratio omnium quæ in alicuius auctoris contextu sunt antecedentium scilicet et consequentium. Hinc S. Cyrillus libro 8 thesauri cap. 2: ante omnia (inquit) quando locum scripturæ aliquem recte volumus intelligere spectanda sunt tempus, persona, et res. Personaque, quando, et quia. Res quæ et quare. Similia habent S. Hilarius libro 4 de Trinitate, S. Aug. libro 83 quæstionum q. 69, S. Hyeron. in caput 19 Isaiæ. Ad hunc modum investigandi sacræ Scripturæ sensum pertinet illa hebræorum regula quam refert noster Serarius, scilicet: qui non advertit quid supra et infra in scriptoribus scribit, is pervertit verba Dei viventis.

43 5us modus est similium et dissimilium locorum collatio. Hic modus a multis SS. PP. commendat et merito sane, nam ea collatione facta assiduaque lectione scripturæ sacræ, fit ut ipsa se explicet, et unius loci sensus rite perceptus viam aperiat et lucem afferat obscuriori alterius loci sensus inveniendum. Similitudo autem aut dissimilitudo

locorum obscurorum opposita intellectum dirigit ad similem aut dissimilem exillis locis sensum eruendum. 6us est lectio doctorum qui libros, quorum sensum quaerimus, exposuerunt.

44 Ex modis quibus opus est diuinae scripturae sensum inuestigandi 6 etiam sunt principii. primus est ex oratione ipsius authoris, ut scilicet auctor scripturae spiritus sanctus rogetur, seu interrogetur ipsemet inseipso: et hoc per orationem, et meditationem fit, ex qua omnes sacrarum scripturarum diuinae quae sapientiae studiosos hortatur sanctus Jacobus in sua epistola capitulo 1o v. 5: si quis uestrum indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei. Quod sequuntur sancto Apostolo constant Basilius homilia 12 Exodi, S. Aug. libro 3 de doctrina Christiana cap. ultimo, S. Hyeron. praefatione in Osea. Huc etiam spectat ut rogent etiam aliquos id est scripturae auctor nobis comendauit, interrogando scilicet, sanctos doctores ipsaque adeo Ecclesia Catholica, in qua sola est spiritus sancti uiuus lumen ad scripturas sacras intelligendas necessarium est ut testatur Apostolorum princeps Petrus epistola 2a cap 1o: non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

45 ... Tertius modus est inspectio traditionis apostolicae et generaliter in ecclesia chatolica. sequitur 3 quae ipsa praxis interpres legum. Quartus ... oeconomiae in ecclesia siue diuersiorum ministeriorum ueniendum... ... quae inter se mutuo correspondent membra corporis mystici Ecclesiae in ordine ad fidem tanquam uittam fidelium qui componunt corpus Ecclesiae. Quae ministeria insinuat Apostolus, ut alibi, sic ad Romanos cap 12 v. 7: siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate qui praeest in solicitudine qui miseretur in hilaritate. Quintus est uitae puritas: nam ut dicit in Ecclesiastico cap 21 v. 14: non erudietur, qui non est sapiens in bono.

46 Sextus est unanimis PP. consensus, qui quidem quantae sit auctoritatis satis constat ex decreto Tridentino sessione 4 decreto de editione sacrorum librorum: nulli quippe licet, ut ibi concilium admonet in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium contra unanimem consensum PP. sacram scripturam interpretari. 6 modus est electio conciliorum, quorum definitiones quantum valent habere multum conducit ad veritatem sacrae scripturae dignoscendam. Nonnihil etiam haereses saltem earum, quae aliarum sunt veluti radices seu capita, aut fontes, plurimum refert ad eas partes scripturae intelligendas, quae circa dogmata nostrae fidei versantur: nam ut recte notat P. Vasq. si quis sola linguarum peritia instructus, et assidua scripturae lectione exercitatus, epistolas Pauli, praecipue, quae est ad Romanos et Galatas explicandas susciperet, in maximo periculo versaretur.

47 Praedictis duodecim regulis ad verum scripturae sensum investigandum addenda est illa, quae ex Aug. lib. 3 de doctrina christiana cap. 10 theologi colligunt: in Bibliis, nimirum semper verborum proprietatem retinendam esse, nisi bona quaedam ratio tropum suadeat. Itaque iuxta hanc regulam verba sacrae scripturae, quae sine ullo inconvenienti proprie accipi possunt, non sunt metaphorice accipienda. Sive ergo eodem residit, ut verus sacrorum verborum sensus eruatur, recurrendum non est ad metaphoricam eorum significationem, quando ex illis in significatione propria acceptis nullum conducit inconveniens.

SEC. V.

An sub eadem littera plures litterales sensus contineantur?

48 Praecipua huius quaestionis difficultas non est quoad plures litterales sensus, quorum unus immediate et proxime, alter vero solum mediate et remote verbis significet: nam hic quaestio mysticus vel litteralis erit, et tota in praesenti quaestio est quoad plures sensus litterales ac proinde quoad plures, quos verbis iisdem immediate significent.

Simplex igit in ea numerat opinio. Prima negat plures eiusmodi sensus sub uno et eodem verborum textu in sacris litteris contineri. 2a quae communior est affirmat. 3a opinio media est inter 1am et 2am: docet contineri sub eadem littera plures litterales sensus qui per quandam analogiam et similitudinem cohaereant; non vero illos, qui eiusmodi ordinem et convenientiam inter se non habeant.

49 1am opinionem tenent Michael de Medina, et Ribera hic in caput 11 Oseae numero [illegible] usque ad 13, ille libro 6 de recta in Deum fide cap 25. 2am tenent S. Aug. libro 12 confessionum cap 20. 24. 26 et 31. S. Thomas multis quidem locis, sed maxime 1 parte q 1 art 10 in corpore. Abulensis in Matthaei cap 2 super illud ex Aegipto vocavi filium meum et in caput 13 q. 28 Driedo de Ecclesiis dogmatibus cap 2, Melchior Canus Molina Valentia et Salmeron quos refert et sequitur P. Serarius asserit quod eandem opinionem S. Bernardus in cantica sermone 51. 3am denique opinionem propugnant P. Gabriel Vasquez 1 parte q 1 art 10 disp 17 cap 3 et P. Hieron. Pradus Isagogico in Ezechielem commentario sectione 9.

50 2a opinio communior, ut diximus, et probabilior nobis videtur, eamque placet probare primo clarissimis S. Aug. et D. Thomae Ang. verbis. Ille libro supra citato cap 31 ita loquitur: cum alius dixerit hoc sensit auctor Scripturae, quod ego: et alius, imo illud, quod ego: religiosius arbitror dicere, cur non utrumque potius si utrumque verum est? Et si quid 3um et si quid 4um, et si quid omnino aliud verum quispiam in his verbis videt, cur non omnia vidisse credatur (Spiritus Sanctus) per quem unus Deus sacras litteras vera et diversa visuris multorum sensibus temperavit? Hactenus Aug. cui clarissime Ang. D. subscribit 1 p. q 1 art 10 in fine corporis articuli: quia vero sensus litteralis est quem auctor intendit; auctor autem sacrae Scripturae Deus est qui omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconveniens, ut dicit Aug. 12 confessionum, si etiam secundum litteralem sensum in una littera Scripturae plures sint sensus.

51

Prob 2o.

hæc verba Ioannis cap. 11 v. 50. Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Duplicem habent sensum unum politicum quem animo tenebat, et suis proponebat senatoribus Caiphas Pontifex: alterum theologicum, ac propheticum, quem illius ore significabat Spiritus Sanctus ut ibidem subdit, v. 51. et horum sensuum, prior manifeste est primus, et immediatus, idemque pro posteriori censendus est quia non subest priori, ut solet in mistico sensu: res ultimo, ac mediate verbis significata sub ea re, quam verbis primo, atque immediate significatur: uterque igitur litteralis est ac proinde subinde, eo usque Sacræ Scripturæ textus plures litterales sensus continent.
52 Probatur 3°. si fieri potest, ut iisdem omnino signis plura et diversa proxime ac immediate significentur, videtur id in Sacra Scriptura non negandum. At fieri illud potest, quare non negandum in Scriptura Sacra. Probo maiorem, minorem postea probaturus: quia sensuum hæc litteralium copia est fecunditas tam rei ipsius Dei loquentis, quam hominis qui loquitur maioris est, tum perfectionis, tum convenientiæ, ac utilitatis. De perfectione patet; quia multa, et diversa paucissimis instrumentis agere, magna in artifice perfectionem indicat, quam si adeo pluribus ille egeat, et utatur instrumentis; hoc in omni artificum genere cernitur, et in natura ipsa quam se per artem imitari conatur. Unde tritum illud frustra fiunt per plura, quæ fieri possunt per pauciora. Immo et in eloquendi facultate maioris cuiusdam excellentiæ censetur paucis verbis eadem efficere, quæ alius multis facere debet: perfectionis igitur est signis iisdem, et paucioribus plura significare.
53 Præterea, multa multis eodem tempore significare, librariis quæ dictare visum est mirabile, excogitans admirandum in Iulio cesare apud Plinium lib. 7 cap. 5, et id in Sancta Catharina Senensi apud Raimundum ut habet eius vitæ prologus. At illi diversis vocibus ac signis utebantur, ita ut multo intelligatur futurum fuisse mirabilius, excogitantius, si iisdem litteris, ac vocabulis diversa illa animi sui sensa diversis hominibus dictare

et eodem enunciare tempore potuissent. Sicut ergo pro fecunditate posse iisdem verbis plura, diversaque res efficere, ita et istas ex illis intelligere, adeo ut quae verbis tribus sit: intelligenti pauca et solertes concent medium, dicentorum et alii, qui in uno paucis pro mutorum et aliorum signis percipiunt non pauca: quod haec litterarionum censuum copia et fecunditas in iisdem sacrae scripturae verbis maiorem pro fecunditate tam rei ipsius Dei loquentis: quam rei hominum, qui loquitur.

Quia eadem copia et fecunditas sit etiam maiorem convenientiae et utilitatis tam rei Dei quam rei hominum satis dilatet ex eo quod magis convenienter sit eius in censuum pluralitatem, immensam Dei potentiam et sapientiam monstrari, hominum studia et ansiam[?] in Dei verbo et exercitatione ut plus ac plus in eo se intelligant excitari, divinaque scriptura ea ornari laude, quod nequaquam inanium, ideo rerum mysteriorum, ac censuum fecundissima sit.

Ubi iam mixtis quam No 52 probare promisimus. 1o omnibus exemplis quae hactenus in eam dilucidavimus eius de propositione probavimus. 2o quia easdem manuum motiones, capitis inflexiones et nutus videmus apud diversas gentes diversarum rerum signa esse. 3o quia voces etiam easdem in diversis vel iisdem linguis plura casu, arte, astu ac hastu[?] inter se significare pro suo nimia in rei e qui linguas callent quisque. Notavit hoc Sanctus Augustinus lib. 2o de doctrina christiana cap. 24. in vocabulis veta et lege quorum lingua graeca litteras latinis illas significat. Ita idem graecis est acclinare aut cessa latinis vero lege sive imperativus sive ablativus sit legione aut lege exprimit. Videns quam vellet potuit Deus ex intentionibus et sapientia iisdem sacrae scripturae verbis sensus indere? sic ergo potuit, atque ut faceret, decuit, ut probavimus, nihil enim id fecisse negemus. Vera omnia quae ab adversariis obiiciunt, solutioni clarius patebit.

SECo VI
Obiectiones solutae

56 Obiicit 1°: si iisdem Sacrae Scripturae verbis plures litterales sensus continerentur, esset illa multiplex, ambigua, flexiloqua, et fallax, ut illae solent esse orationes quae ex omonimijs constant, quae amphibologicae et iisque fraudulentis illis daemonum oraculis, quae duos pro dicebant eventus, et ita incautos decipiebant. Sicut nihil firmum firmi argumenti ad quidquam probandum, vel improbandum suppeditaret Scriptura; siquidem ex ambiguis et forte etiam oppositis nulla est firma veritas, hoc dici nequit: ergo excludenda est ab iisdem sacrae Scripturae verbis litteralium sensuum pluralitas.

57 Resp. tunc orationem fieri multiplicem, ambiguam, flexiloquam, et fallacem, quando is qui eam loquitur, unum tantummodo in illa sensum ab audiente ut hic decipiatur, percipi vult. At in Scriptura sacra ita litterales sensus plures sunt, ut non vellit eius auctor Deus unum tantummodo percipi, sed ipsos plures. Sed quod ut per eos omnes erudiat, et iuvet homines: quia omnes veri, utiles, ac divini sunt, et ideo firmum ex quolibet duci potest argumentum sive ad veritatem aliquam probandam, sive ad falsitatem ostendendam. Quilibet enim, sive mysterium aliquod exprimat, sive aliquid faciendum aut vitandum doceat, est firma sua veritate gaudet, quae est sanam doctrinam continet.

58 Dicit 2°: non est hominum ingenium capax plurium sensuum iisdem vocabulis exprimendorum significatorum, neque humana fert loquendi consuetudo ut plures iisdem in ille sententijs, contextuque vocibus subiint. Itaque: ergo dicendum est hos in iisdem sacrae scripturae verbis non contineri.

59 Resp. quod negando quod humanum ingenium plurium eiusmodi sensuum capax non sit, quando plures ab alio monstrantur, diviso tempore audiunt, et cogitant. Ac licet humana loquendi consuetudo, quae communis et vulgo usitata est, non in vocibus habeat eiusmodi sensus plures, in quadam in aliquando habere potest, adeoque habet ut supra vidimus. Imo etiam si humana loquendi consuetudo numquam illos haberet, hoc non esset sufficiens fundamentum, ut ea verbo Dei contra attentionem et prerogativam negaret; sicut quod humana loquendi consuetudo non habeat sensus misticos, fundamentum sufficiens non est

ut fateri debent adversarii ad eos Verbo Dei scripto, sive scripturæ
sacræ negandos.

60 Obiicit 3°: putarunt quidam quando veteres scripturas in no-
vo testamento citant, semper eas citari in litteralem sensum. Deinde quia hunc
sensum in veteri testamento aliquem viderent, plures dixerunt esse sensus
litterales, inanem illum timore ducti ne Evangelium perderent: sed hæc opi-
nio quæ plures in scriptura sacra litterales sensus admittit, solum
ex inani Evangelii perdendi timore originem duxit, in eoque tantum fun-
dat, ac proinde reiicienda est.

61 Resp. quod quando veteres in novo testamento
citant scripturas, etiam si adiungatur eas esse impletas, non est necesse ut id semper
in litteralem sensum fiat, sed aliquando in litteralem, aliquando in mysticum, ideoque non ex inani
Evangelii perdendi timore, sed ex perspecta scripturarum fecunditate,
quam Deus dignatur, et hominibus utili, nostra hæc capit et adolebit opinio.
Cuius quidem non solum hoc adeo solido nititur fundamento, sed etiam aliquid aperit
ut melius intelligant duo, quæ notare oportet.

62 Primum est divina providentia
factum esse ut hebrea lingua, et ambiguis punctis ut Serarius noster obser-
vat, sacræ litteræ primum scriberentur. Sic enim sensuum multiplicitati tantum ea translati-
onibus olim fuit fecunditas. Cum enim alia, et alia videant alii et alii
transferre interpretes, omnia tamen a Spiritu Sancto esse possunt. Neque dissentionem
doctrinæ, sed copiam, ac ubertatem generarunt. Secundum bene, ac utiliter fieri
ut diversas, diversi, licet catholici doctores eorundem locorum afferant expositi-
ones. Notarunt hoc Origenes tractatu 27 in Mathæum, Cassianus collatione 8
cap. 4 et omnium maxime S. Augustinus libro 3 contra Maximinum cap. 2 libro 15
de civitate cap. 26 in fine, libro 1° de doctrina christiana cap. 36, et
multis aliis locis. Sectio 8 triplex quæstiuncula.

SEC. VIII

Triplex quæstiuncula.

Ex coronide tandem [illegible] de litterali sensu et [illegible]
sunt

rerum intelligentiam. Duplex quaestionum, ex his quae hic excitari solent, solita nobis brevitate attingere libet: an scilicet omnes sensus, hoc est, biblicorum scriptorum et auctorum rerum primo divinis indicati, et percepti fuerint? Affirmant P. Vasquez 1a p. q. 1 ar. 10 d. 17, et Salmeron prolegomeno 8. Cum tamen mitiores nonnulli indicant, et perspectos asserant, sic nobis placet, ut P. Serarius qui iudicat gradum in cernendis historiarum cognitione ponendos, ut quibusdam omnes, quibusdam vero pauciores, prout eis visum fuerit, patefecerit: sicut quorundam perfectior clariorque modo, aliorum simplicior; etiam fieri ut testatur D. Thomas 2a 2ae q. 173 ar. 4 ...
...et sicut Doctor Eximius Suarez lib. 2o de Attributis divinis cap. 28 ... quorundam visionem beatam de rebus quae in hoc mundo fiunt plura cognoscendo extendit, aliorum ad pauciora.

64 Verum an sint hosce plures litterarios sensus, sint etiam quidam certitudinis gradus, omnes quidem litterarios sensus, id est, prima significatione oportet auctoris, ut ex litteralis sensus definitione illius quidem ... sensu mistico perspicue: gradus tamen inter eos, ratione significationis ... omnes prime a verbis significentur, sed ratione perspicuitatis et certitudinis. Nam quosdam, quia alios verbis prime significari evidentius et expressius est, et ita alios ante ponendum ...

65 Sed quibus locis habeant huiusmodi litterarios sensus plures? Rursus singulis locis singillatim afferre ac exponere instituti nostri non est, cum ... attineat ad singulos ... tales loci, sacrae scripturae libros, et non tantum generalem disputationem. Nihilominus (aliis omissis, quorum explicatio videri potest apud P. Vasquez 1a p. q. 1 ar. 10 d. 18 a cap. 2 usque ad 6) unius tantum exempli causa non omittendum duximus illud scilicet Isaiae: generationem eius quis enarrabit.

66 Quod ad litteram de aeterna Christi generatione intelligunt Clemens Papa epist. 1, Eusebius de praeparatione evangelica lib. 1o cap. 8, Cyrillus lib. 2o de Trinitate, Basilius libro 1o contra Eunomium, Chrysostomus homilia 1a de incomprehensibili natura Dei

in 5.º tomo super hom. 2. in Mattheum. August. lib. 1.º de symbolo ad catecumenos cap. 3 et lib. 2.º cap. etiam 5.º De temporali uero generatione illum exponunt Iustinus libro quaestionum agentibus [?] positarum q. 67 Tertull. libro aduersus Iudaeos cap. 13 Chrysost. tomo 8 homilia de laudibus Ioannis Baptistae.

67 Hunc Isaiae locum et alios quos alii afferunt, in exemplum adduximus: quia simplicem tantum, unico litterario sensu explicatum nobis dicti fatent, sed ipse etiam agnouit P. Vasquez qui ut notauimus n.º 48 tandem admittit posse in eodem textu contineri plures litterarios sensus, qui inter se quandam analogiam, et similitudinem cohaereant. Id etiam in simplici illo litterario sensu reperit.

68 Nam cum ibi Isaias de morte Christi sua uerba faceret, non sine magna, uel illo fine conuenienti a b Spiritu Sancto uidetur disponi, quod et aeternam simul, et de temporali Christi generatione Propheta loqueret. Cum enim probrosam Christi mortem praediceret, in admiratione raptus adeo dum magis commendandam subiungit: generationem eius quis enarrabit? Vtraque enim Christi generatio, ut pote admiranda et ineffabilis eadem ratione ad mortem saluatoris extollendam plurimum confert: utraque ergo merito in illis uerbis primo et per se, atque adeo litterario sensu a Propheta significat.

DISP.º III

De sensu mistico



SEC.º 1.ª

Quid sit, et an det in Scriptura sensus misticus?

69 Misticus sacrae Scripturae sensus ut satis ex dictis simplici praecedenti disputatione colligitur, qui ex intentione Spiritus Sancti, et primo significat per res, quas uerba significant. Itaque misticus sensus nec proprie nec metaphoricé uocibus primo significat, sed sub rebus quarum significatus quasi sub umbra, et figura se lucis, et ideo arcanus, seu reconditus dicit, sicut eo, quod

121 102

in rebus ut spiritus in corpore lateat, spiritualis etiam vocat, dari hunc sensum in scriptura sacra probandum nobis est. Sed ante probationem notandum et supponendum quod extra dubium ab omnibus habetur internum scilicet mentis conceptum non solum vocibus proprie aut metaphorice usurpatis, sed rebus quoque aliis significari communiter, ut patet in hieroglificis Aegyptiorum, in Ape enim, quae aculeum et mel habet, regem iustitia, quae mixta misericordia conditur significabant, et alia in aliis. Ex quo rebus Pitagoras, aliique insignes philosophi multa salutaria documenta ad morum instructionem tradebant, quae proverbia vulgo dicunt.

70 Hinc facile igitur ostenditur misticum sensum in sacris litteris dari. Nam in sacra scriptura, qua Deus hominibus loquitur, perfectior ille loquendi modus Deo concedendus est, qui conceditur hominibus, et nullam in loquente imperfectionem, sed potius maiorem sapientiae perfectionem infert; sed modus loquendi, sive manifestandi internum mentis conceptum, tum etiam per res ipsas, ut fit in mistico sensu, conceditur hominibus, et nullam in loquente imperfectionem, sed potius maioris sapientiae perfectionem infert: talis igitur loquendi modus tum etiam et praecipue per res ipsas ut fit in mistico sensu concedendus est Deo in scriptura sacra, ac proinde fatendum dari etiam huiusmodi sensum.

71 Maior certa est, et liquet, et minor quoad 2am partem liquet. quoad 1am multis ostenditur. 1° in Periandro, et Tarchinio, quorum ille apud ~~Aristotelem~~ libro 3° politicorum supereminentes spicas demetebat, et segetem aequabat, ut hoc facto se omnium in civitate civium aequalitatem velle significaret. Tarchinius autem apud Livium libro 1° papaverum capita decutiebat, ut Gabiniorum primores e medio tollendos indicaret. Aurea sunt Livii verba quae Tarchinium nihil vocibus, sed solum rebus ipsis respondisse nuncio, quem filius ad eum miserat, testatur: huic nuncio, inquit, nihil voce responsum: rex velut deliberabundus in hortum aedium transiit, sequente nuncio filii: ibi inambulans tacitus summa papaverum capita dicitur baculo decussisse

72 2º in cotidianis hominum nutibus et quibusdam manuum ac
pedum motionibus, quod multo frequentius homines exprimunt.
3º in histrionibus, de quo ita loquitur Sanctus Aug. libro 2º de doc-
trina christiana capite 3º: histriones omnium membrorum motibus
,,dant signa quaedam scientibus, et cum oculis eorum quasi fabu-
,,lantur. 4º in aliis etiam, quorum exemplo idem Aug. ibidem adducit his
,,verbis: et vexilla, draconesque militares per oculos insinuant
,,voluntatem ducum. Et sunt haec omnia quasi quaedam verba visibilia.
6º tuba, et tibia et citara dant plerumque non solum suavem sed etiam signi fi-
cante sonum. Singula omnibus perspicuum, et notissima constat experientia,
posse homines praecipias loqui, sive instrumentis, sive conceptus exprimere, alia
quae manifestare. Quis igitur elocutionem quae rebus fit Deo neget?
Sed obiicies
aliquis quod rebus tanquam signis utunt homines, vel absque verbis agunt,
vel cum verbis. Utrolibet autem modo unam rem pro tantum rem significant ut pro in omnibus
allatis exemplis et in oratorum oculis, manibus, gestu, toto corpore
habere unum verbum quod ... idem unum eandemque rem qua verbum
significant. At in Scriptura verbis ponit, quod unaquaeque praeter verbum
proxime significet eadem res illa quae verbis proxime significata alia proxime significet.

74 Haec obiectio non infirmat, imo confirmat potius probationem nostram: nam exemplis in ea allatis
imo et illo etiam, quod in obiectione affert, satis probatur, quod in supradicta probatione positum
erat, posse nimirum rebus ipsis loqui homines. Reliqua eaquidem aliqua diximus
inter humanum, et divinum praecipuas loquendi modum, si enim acto modum, quem
se adhibere ipse monet Deus, demonstras negamus. Potest enim Deus loqui
verbis, ita ut rem tantum unam significet; potest et rebus solis, ut in ... Deo ...
et pluribus aliis signis; potest denique verbis rebusque simul loqui, vel ad
unam eandemque rem significandam, vel ad res alias et alias exprimendas. Nullum siquidem fundamentum apparet ut cum mens Dei sapi-
entiae virtus ad hoc spectandum neget.

SEC. II.

Utrum sensus mysticus peculiaris sit Scripturae Sacrae?

Diximus sectione praecedenti hominis aliquando loqui rebus ipsis exprimere, ut sit in mystico sensu. Id licet hoc ita sit, vera indicamus illa quae docet peculiarem esse Sacrae Scripturae in [illegible] litterae historiae et mysterium continere. Quod illa exprimit Sanctus Gregorius lib. 20 moralium cap. 1, ubi asserit, Sacram Scripturam hoc aliis omnibus praestare scientiis, quod eodem sermone, dum narrat textum exprimat mysterium. Idque tradidit Angelicus Doctor 1 p. q. 1 ar. 10, et quodlibeto 7 ar. 8. Longe alia ratione mystico significato in rebus ipsis apud sacram Scripturam reperitur, quam apud ethnicos poetas unquam fuerit, quod iam procul dubio, ut praedicta illa vera sit, ejusque veritas perspicua erit constituenti discrimen quod inter mysticam Sacrae Scripturae, et aliorum scriptorum significationem dat.

76 Pro jam id discrimen ut clarius exprimamus, notandum est cum Patre Bas. 3 esse genera signorum quae res significari possunt. Primum est a rerum inferiorum, quae pro arbitrio efficte, vel etiam res gestae ad res maiores significandas adducunt: et utroque modo commune est etiam hominibus significare res alias, ut patet in hieroglyphicis Aegyptiorum, et in aliis, quae supra retulimus, quae constat hominis aligando vel animalibus talibus etiam rebus fictis, aut res gestis res mirare exprimere consuevisse.

77 Secundum genus quo olim Deus in Scriptura [illegible] vere [illegible] quae res inter homines [illegible] quam historia ipse voluit denotare mysterium [illegible] postea annis futurum erat. Hujusmodi fuit revocatio filiorum Israel de Aegypto, qua significabat Christus multo posteriori tempore ex Aegypto revocandus. Manna etiam cadens de caelo, quo nutrivit populum Dei quadraginta annis, id indicare voluit Eucharistiae

sacramenti et hujus generis alia quae passim in Scriptura sacra inveniunt.

78 Proprium igitur est Scripturae sacrae hoc 3° genere signorum sensum misticum continere, et ut S. Gregorius dicebat, historiam narrare, et ea misterium exprimere. Ex quo homines inter se ipsos rebus etiam gestis uti possunt ad sui mentis conceptus manifestandos; sed tamen id solum ab eis fit post factum adducendo eas in parabolam, exemplum aut similitudinem: Scripturae autem proprium est non solum res gestas in parabolam efferre, id est etiam ea quae res gestae sunt, ita narrare, ut nimirum auctor Scripturae aliqua misteria futura denotare vellet.

79 Hic observare opportet 1° sensum misticum non semper in Scriptura sacra rebus inferioribus exprimi, sed interdum etiam res inferiores majoribus significari, Christi namque passio extra portam significat id quod diminuere ut notavit Paulus ad Hebraeos 13 scilicet ut exeamus et nos extra castra improperium ejus portantes, frequentius tamen rebus inferioribus superiores denotantur. Observare opportet 2°, sensum misticum non esse in omni loco Scripturae quaerendum: nam praecepta et consilia evangelica ita ad litteram intelligenda, ut nullus in ea littera misticus seu spiritualis sensus contineat. In aliis etiam locis quilibet sensus misticus juxta sensum cujusque expositoris non debet ita censeri ex mente Spiritus Sancti, qui est principalis Scripturae auctor, significari: quamvis hic Scripturae usus, sicut etiam accomodatitius utilis sit in concionibus ut auditorum mentes tum ad morum honestatem diligentius comparandas, tum ad fidei misteria et clarius et firmius percipienda, tum denique ad caelestium bonorum desiderium ardentius suscipiendum excitent. Sed quotuplex sit sensus misticus?

80 Diximus n° 73 sensum misticum alium esse tropologicum, seu moralem, alium allegoricum, anagogicum alium. Triplex hic sensus optime triplici virtuti theologicae respondet: nam res quae in Scriptura sacra rebus

aliis significant, l significans res fidei seu res credendas, et sensus
dicit allegoricus, l exprimunt res [illegible] seu res agendas, et tro-
pologicus seu moralis sensus e. l denotant res spei seu sperandas
et hinc sensus e anagogicus. Eadem igit res l ad Ecclesiam pertinent
militantem, l triumphantem. Si ad militantem, ii res credendae, aut agen-
dae; et ideo duo priores sensus, tropologicus nimirum et allegoricus in
illis continent. Si ad triumphantem, ii res sperandae, et quae sensus anago-
gicus.

81 Illustria horum trium sensuum spiritualium exempla in novo testamento
reperiunt. Unum ex Epistola P. l ad Galatas proposuimus n° 5, alia
hic, quae simplex pro dictis sensus non parum illustrat attingemus. Ad
moralem igit sensum pertinet illud 1 ad Chorinthios nou: non alligabis
os bovi trituranti. Id citat Apost. ex Deuteronomio cap. 25
illud quod sensu morali refert ad Evangelicos ministros, quos existi-
mat dignos mercede sua, et bonis nimirum et substentatione. Neque enim
Apost. intellexit Deum pro falsis ministris ad litteram ea Deuteronomii
scripta fuisse, ut quidam arbitrant: quos merito reiicit P. Vasque, eo
quod ita infirmus sine dubio esset argumentum Apostoli ex sensu mistico deduc-
tum.

82 Nam cerens a Iudeos ex praecepto legis non alligare os bovi trituran-
ti; idem res illa levissima, seu parum momenti videret, ut de illa
tantum Deus curam habuisset, et nihil maius voluisset ea significare
optime colligit Apost. eo facto Deum etiam indicasse ministros Verbi
Dei iure alendos, et substentandos esse. Ex hac de causa subiunxit:
numquid Deo cura de bobus? An propter nos utique haec dicit. Interim
verum non negat Apost. Deum curam etiam bovum habuisse, cum lex de
illis ad litteram loquat; sed tamen dixerit in ea lege, et praecepto Deum
non solum ad bovum, verum etiam ad ministrorum substentationem digniorem
attendisse. Et sic argumentum Apostoli non parum roboris habet, etiamsi ii e
sensu mistico ducerent, cum huiusmodi sensus misticus ex illa littera facili

raone educat.

83 Allegoricum vero sensum clarissime continet exemplum Joannis cap. 3., ubi Xptus adducit illud numerorum 21 de aeneo serpente, expedita quae erit, et absque salutifera Xpti Dni cruci, et demonstrans illius effectibus ut statim in principio appareat mysterium quod cum fidei mysterium sit, ad allegoricum pertinet sensum. Sicut serpens aeneus in deserto, ita Xptus in cruce exaltatus fuit: ille ut Israelitis, quos ignitis serpentes percusserant, temporalem corporum tribueret sanitatem, hic ut nobis, quos Tartareus serpens mortifero culpae vulnus inflixerat, aeternam animarum salutem conferret. Et sicut olim non omnes Israelitae ab ignitis serpentibus percussi sanitatem recuperarunt, sed illi dumtaxat, qui serpentem aeneum a Moyse in signo exaltatum aspiciebant; ita et nunc non omnes homines, quos Tartareus serpens, scilicet humani generis hostis, lethaliter momordit, spiritualem animae salutem aeternamque vitam assequuntur, sed illi soli, qui puris oculis ac vivae fidei oculis Xptum in cruce salutari quidem vexillo et sacro pretiali signo exaltatum aspiciunt.

84 Nec minus perspicuum allegoricum sensum exemplum continet signum Jonae, quod Matthaei 12, et Lucae 11. ipse Xptus ad sepulturam resurrectionemque suam mirabiliter adumbrandam proposuit Pharisaeis a Deo postulantibus signum aliquod quo ut verum Messiam agnoscerent. Voluit ergo Xptus alio uti signo ad mysteria illa significanda: gratia in hoc clarissime elucet mystica illorum significatio, ut notavimus N° 20.

85 Per illustre denique anagogici sensus exemplum nobis proponit Apostolus ad Hebraeos cap. 4., ubi tractat verba illa psalmi 94. <u>hodie si vocem ejus audieritis</u> &c. et infra: <u>quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam</u>, illud quod ad litteram populo Judaico accidit. Judaeis, ~~[struck]~~ qui increduli fuerant ad aquas contradictionis, juravit Deus terram promissionis non ingressuros:

cum (ut) Apostolus cap. 4 subiungat: etenim et nobis nunciatum sicut et illis, aperte indicat incredulis etiam iurasse Deum non ingressuros cœlestem Patriam, cuius terra illa promissionis ex opposito figura fuit.

86 Deinde post pauca addit: quoniam ergo superest introire quosdam ,, in illam (requiem nimirum Dni) et ii, quibus prioribus annunciatum est, non introi-,, erunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam hodie in ,, David dicendo post tantum tempus, sicut supra dictum est: hodie si vocem ,, eius audieritis; nam si Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur ,, posthac die: itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

Quasi dicat

87 Apost. ut exponit P. Barge, propterea multo post tempore David dixit hodie, ut indicaret alios adhuc superesse, qui ingressuri sunt, non quidem terram illam promissionis, sed æternam Patriam cœlestis felicitatis. Si enim Iesus Nave præstitisset populo Israelitico plenam requiem, quam Deus in psalmo requiem suam vocat, si introibunt in requiem meam, nunquam alterius post dies meminisset dicendo: hodie si vocem eius audieritis; Hoc autem dixit, quia adhuc sabbatismus et requies æternæ vitæ superest populo Dei. Eam de requiem regni cœlestis asserit Apost. figuratam fuisse Genesis cap. 2 cum Deus 7 die requievit ab omni opere. Nam per labores huius vitæ, quos alii priores dies, in quibus creavit Deus cœlum et terram, significabant, nos manet æterna illa requies et felicitas, quam septimus dies, in quo Deus requievit, adumbrat exprimebat.

Præfatus

88 igitur sensus Anagogicus includitur in eo, quod Israelitico populo accidit, illumque non tantum eruit Apost. ex historia populi Israelitici, sed etiam affirmat expressum fuisse a propheta in eo psalmo ita ut ipse requiei bates exuberat illius requiei terrestris et temporalis, quam Deus Hebræis Israelitis post 40 annos servavit, mistice intellexerit felicem illam æternam regni cœlestis requiem, quæ nos adhuc in præsenti vitta laborantes

manet ut hus laboru omniu ipmy quidy noty exortandus ut ropp et finy noster ut Pastus, et Patria ut mater, et corona

89 et hunc

ee sensu litterale psalmi, qui e anagogicus illius rei gestae in Israelitico populo, videt Apost. existimasse. Aliud etia anagogicu sensus exemplu eapdem dat Apost. ad hebraeos cap. 8 ubi materiale templu Salomonis in quo sacerdotes levitici ministrabant, dicit ee umbra futurorum. De illis sacerdotib. ait: qui serviunt umbrae futurorum, hoc e templo Salomonis, quo futuru tabernaculu gloriae caelestis n manufactu figurabatur.

90 Ut a nullus horu spiritualiu sensus in litterali aligando fundat, notandu e intentu, PP. litteralem sensu sub methaphoris et tropis dictu appellare allegoricum seu etia spiritualem. Allegoricu appellavit Aug. epist. 48 eo qd methaphorice significet, q a methaphora teste eodem Aug. lib. 15 de Trinitate cap. 9 allegoria que da dicis p. Origenes u. et D. Ambrosius l. 2 Caiamuel citati ab Barge in 1a parte q. 1 ar. 10 disp. 13 cap. 1. Spiritualem vocarunt qd abscondito cortice litterae qodamodo occultu sonat, cu tn ppria dicendus sit litteralis. E converso etia misticus sensus aligando litteralis dicit qd sit ex intentione Spis. in qo uterque sensus convenit et ob hanc sola convenientia utriusque nomen unius alteri intendes aptatur.

91 Nequea tn natura unius sensus cu alterius natura confundet, licet uterque aligando eodem nomine exprimat, si enim hanc convenientia, praecipuu mistici a litterali sensu discrimen qd ut notavimus n.o 24, in eo situ e qd litteralis immediate et prime a verbis, n a rebus; misticus ex opposito a rebus, n a verbis prime et ima significet. Unde quoad

allegoricus attinet sensus (mysticus scilicet et spiritualis, qui proprie etiam
dici allegoricus) nullus erit aequivocationi locus, quia nisi litteralis
sensus allegoricus etiam aliquando dicatur, si expendat allegoriam quam
sensus continet, quia per eam alia verborum et rerum alia. Si allegoria
sit verborum, sive aliter ut prime significato, sensus respicit littera-
lis est, licet pro illa verborum allegoria quae exprimit allegoricus
ab aliquo ex SS. PP. appellet. Si vero allegoria sit rerum sive aliter
ipsius, quas verba exprimunt, immediate significet, sensus est a litte-
rali sensu distinctus, mysticus et spiritualis, et hunc allegoricum absolute
dicitur, quando allegoria ad aliquid fidei mysterium refertur.

92 Sed jam circa mul-
tiplicitatem sensus mystici, quam in praesenti sectione declarandam suscepi-
mus, duo ex dictis inferuntur, et unum discutiendum superest. Infertur 1°
plures, eosque inter se diversos esse mysticos Sacrae Scripturae sensus,
tropologicum scilicet, allegoricum, et anagogicum. Infertur 2° eos omnes in
diversis Scripturae locis contineri imo et in eodem illius textu contineri posse.
In hoc nulla est difficultas et confirmari potest ex illo Joannis Apocalypsis
cap. 21: vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de caelo
a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Ubi in unico eodemque
verbo omnes praedicti sensus clauduntur. Verbum enim illud Jerusalem tro-
pologice animam justi, allegorice Ecclesiam militantem, anagogice
triumphantem regni caelestis Ecclesiam exprimit. Quis enim neget, et animae
justi, et militanti, et triumphanti Ecclesiae optime convenire aptarique
posse, si ad mysticam significationem referantur ea quae ibi de Jerusalem
Joannes affirmat, nempe esse novam, et civitatem sanctam, et orna-
tam, dilectam que agni divini sponsam etc.

93 Una igitur circa mystici sensus
pluralitatem difficultas breviter hic discutienda: Ut scilicet plures
mystici sensus in textu sint ad genus eiusdem speciei, plures nimirum
tropologici, aut plures allegorici, aut anagogici plures inbeatur

littera, siue in eodem Sacræ Scripturæ textu contineantur? Sicut de litterario sensu quæstionem proposuimus disputatione præcedenti sect. 7. in illa affirmauimus, et huic etiam affirmatiue respondemus. Probatur: in eodem Sacræ Scripturæ textu exprimuntur plures res, quæ signa esse possunt aliarum pertinentium vel ad fidem, vel ad mores, vel ad cœlestem Patriam; sed plures res per a uerbis significatæ quæ alias significant res pertinentes vel ad fidem, vel ad mores, vel ad cœlestem Patriam continent misticos sensus plures, vel allegoricos, vel tropologicos, vel anagogicos, ut liquet: ergo plures mistici sensus aut allegorici, aut tropologici, aut anagogici contineri possunt, de factoque continent in eodem Sacræ Scripturæ textu.

94, Minor certa est maior probatur: in eodem Sacræ Scripturæ textu plures continentur sensus litterarii ut præcedenti disputatione probauimus; sed plures litterarii sensus plures exprimunt res, quæ signa esse possunt aliarum pertinentium vel ad fidem, vel ad mores, vel ad cœlestem Patriam: ergo in eodem Sacræ Scripturæ textu exprimuntur plures res quæ signa esse possunt aliarum pertinentium vel ad fidem vel ad mores, vel ad cœlestem Patriam. Si ad misteria fidei spectent plures allegoricos sensus, si ad morum honestatem pertineant, plures tropologicos, si ad cœlestis Patriæ felicitatem referant, plures anagogicos continebunt: in eodem ergo Sacræ Scripturæ textu plures allegorici sensus, aut plures tropologici, aut anagogici plures continentur. Neque id tantum euenit quando res plures significantur a uerbis, sed etiam euenire potest, quando a uerbis unica significatur res: nam quemadmodum una dictio potest res plures significare; sic etiam ex Dei uoluntate ac instituto, res una plures alias significare potest. Clarissime hoc cernitur in manna, quod sapientiæ cap. 16 signum uerbi Dei; epistola 1.a ad Corinthios cap. 10 Eucharistiæ figura est. Sed et in aliis Scripturæ partibus misticus sensus sit

SEC.tio IV.

An in oib' Scripturæ partib' misticus sensus sit. 2.–

95 Alia sunt Scripturæ sacræ partes, maiores et præcipuæ, ut veteris et novi testamenti: minores, minusque præcipuæ aliæ, ut singulæ harum maiorum partium particulæ. Et hæc partium diversitas, seu divisio prænotanda et supponenda est, ut sectionis titulo propositæ clarius resolvatur quæstio. In qua omissa opinione asserente nullum in veteri testamento misticum sensum esse quam quidam tribuunt Judæis, licet non omnes isti ita sentiant, ut ostendit P. Serarius in prolegomenis bibliaiis cap. 21 quæstiuncula 8. Triplex numerat P. 1o est Origenis docentis, in cibus, et singulis veteris testamenti partibus, etiam minutissimis, verbi causa in propriis montium locorum omnium nominibus misticum esse sensum. 2a est Abulensis affirmantis, nullum in testamento novo misticum sensum esse. 3a Lirani asserentis neque in veteri, neque in novo testamento ubi proprius sermo est, semper inveniri misticum, id litteralem tantum. Nos vero ut claritati consulamus, variis assertionibus mentem nostram aperiemus.

96 1a igitur assertio sit: generaliter loquendo in toto veteri testamento sensus misticus est. Probatur 1o ex Apostolo qui 1 ad Chorinth. cap 10 v 11 ita loquitur: hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram. 2o ad Hebræos cap 10 v 1: umbram habens lex futurorum bonorum: non ipsam imaginem. 2o ex D. Hyeron. qui in commentariis in Isaiam, post historiam inquit, veritatem spiritualitatem capienda sunt omnia. Et subiungit exempla de Judæa Jerusalem, aliisque nominibus propriis. 3o ex D. Aug. lib 12 contra Faustum cap 7, ubi ait: omnia quæ in illis continentur libris (veteris testamenti) vel de ipso (Xpto) dicta sunt vel propter ipsum.

97 Ergo testimonium hoc efformat argumentum: quod dicta testimonia intelligenda sunt de omnibus veteris testamenti partib', vel generaliter

in plus, l particularis acceptus, aut qd eodem recidit, de oibus maioribus, et quibusdam, l de oibus minoribus, minusque quibusdam; idem sunt intelligenda de partibus oibus secundi generis, ut ex sequenti assertione patebit: sed intelligenda de oibus primi generis partibus, atque adeo dicendum, in oibus veteris testamenti partibus maioribus, et quibusdam sensum misticum contineri, qd e generaliter in toto veteri testamento huiusmodi sensum esse.

98 2a assertio est: sensus misticus non videtur esse in oibus veteris testamenti partibus minoribus, minusque quibusdam, sive in singulis illius particulis. Dixi ego in hac assertione, non dicimus absolute non esse, sed non videri esse: tum quia multa quibusdam non apparent mistica quae ab aliis non inepte mistica indicantur; tum quia licet verum sit aliquos SS. PP. reprehendere eos, qui misticum sensum in oibus veteris testamenti partibus contineri asserunt, haec SS. PP. reprehensio non videtur ferri in eos ita asserentes, sed tantum in eos, qui ita misticum sensum venantur, ut historicum negligant, ac negent.

99 Probatur assertio 1o: multae in veteri testamento exprimuntur particulares personae, actiones, urbes, loca et alia, quae per se ipsa non videntur significare aliud, qd aut fidei, aut bonarum actionum, aut spei materia seu obiectum sit. Item res, quae per se ipsas, sive immediate, et prima aliquid horum non significant, misticum sensum non continent: ergo in illis veteris testamenti partibus nullum videtur sensum misticum contineri. Alias negari nequit, et maior facile ostenditur: nam quid aliud per se ipsa quaedam significat prima illud ex Genesis cap 1o v 1o: in principio creavit Deus caelum et terram. Et illud eiusdem Genesis cap 2 v 1o: serpens erat callidior cunctis alibus terrae, et illud libri 1 regum cap 12: misit Deus Natan ad David, et alia plura.

100 Si vero dicat aliquis: potest his per se ipsis argutando elicere aliquid l ad fidem, l ad mores, l ad amorem caelestium l inferorum horrorem. Respondeo posse id fieri, et recte fieri, sed non omnes Scripturae partes argutando eliciunt proprie dictum sensum. Adde iam oia

179

et singula essent allegorica, tropologica, et anagogica
~~tropologica~~ [illegible] ut nihil sit ex [illegible] ablegit dico ligere atque [illegible]
Praeterea omnes scholasticorum theologorum [illegible] dicendum forent
scripturarum sensum mysticum quod falsum. [illegible] admitti
sensum quod nusquam idem nomen et proprie significet res, quae
verba proprie significant.

101 Probatur 2a assertio: in veteri testamento multa secundum litteram de Christo dicuntur, ut Genesis cap 49 et 50, Deuteronomii cap 18 et 19, Isaiae cap [illegible] et 53 cap 9 et 6 cap 3 et aliis, et clare citato libro 12 contra Faustum cap [illegible] affirmat S. Aug.: in iis igitur non est necessario quaerendus sensus mysticus. Probatur 3a clarissimo quidem testimonio eiusdem Aug., qui libro 17 de Civitate cap 3 diserte docet non omnia in veteri testamento esse mystica, quae [illegible] exprimunt verbis: mystica sicut nulla videntur narrari si nullas res [illegible] in eo genere litterarum (veteris testamenti) aliquid aliud quam id quod [illegible] significare arbitrantur, ita multi audere qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis involuta contendunt. Verum ipsum plenius alii [illegible] tradiderunt et aptissima exponit similitudine beatus Petrus Damianus sermone [illegible] de [illegible] ubi ita loquitur: omnia fratres charissimi [illegible] in citharis sonant, id omnia iuvant. Sic non omnia quae in sacra scriptura spiritualem intelligentiam generant, id omnia iuvant.

102 Probatur 3a assertio: in novo etiam testamento non omnia sensum mysticum, licet multo frequentius in veteri reperiant. Ut [illegible] Abulensis, [illegible] Apostolo ad Hebraeos cap 13, ubi Christus nomine misterio extra portam civitatis passus fuisse clarissime intelligitur his verbis: propter quod et Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes. Probatur 2a ex [illegible] qui in novo etiam testamento [illegible] exponunt mystice et aiunt, ita Christum [illegible] prophetias implevisse ut alterius ipse prophetiae initium daret, ut S. Chrysost. in Matthei 21 de

figurabat. S. Aug. in Joann. tract. 122, S. Ambr. in Luca, decapitulo 9 …, S. Thom. …, S. Dionys. Areopagita cap. 5 cœlestis Hy-
erarchiæ, ubi his disertissimis verbis assertionem nostram tradidit, firmat,
illustrat: nova lex est figura futuræ gloriæ. In nova etiam lege ea
quæ in capite et gesta, et signa eorum, quæ nos agere debemus.

Id obiicit

Abulensis: S. Aug. libro de utilitate credendi cap. 3 tradit 4 expli
candarum scripturarum modos quos n.º 4 enumeravimus; et ibi solum agit
de veteri testamento: ergo indicat, nullum in novo sensum mysticum inveniri. Res-
pondeo 1.º negando min.; quia ex verbis ipsius Aug. manifestum est, id ipsum,
quod de veteri testamento dixerat in novo etiam testamento intelligeret
dum ibi scribit: iis omnibus modis Dominus Noster Jesus Christus et Apostoli usi sunt.
Resp. 2.º, quod licet min. concederetur, adhuc nihil contra nostram assertionem probaret argumentum, cuius proinde consequentia negari posset, quamvis concessa maiori,
omitteretur min.: non etiam si in eo loco solum ageret S. Doctor de veteri testa-
mento, quod de testamento veteri affirmet de dictos modos, ideo ipsos de novo
testamento neget, ut patet. PP. igitur quando mysticos exponunt sensus, ideo
de veteri testamento mentionem potius faciunt, quia in eo hi sensus va-
rietas frequentius quam in novo; ut nos etiam in 2.ª assertionis parte fate-
mur.

SECTIO V.

Sensus mysticus cum litterali confertur.

114 Solet hic inquestio vocari: uter sensus præstantior sit mysticus
an litteralis? … mysticus … litterali … litteralis …
mystico præferendus … tamquam excedens, et excessum
ut loquuntur … habeant. Utrique mutuum … excessum quo …
… suscipient … sensus … manifestabit cuilibet
… facta utriusque comparatione, utriusque … similitudo
et dissimilitudo, maiorque unius, vel minor … alterius præstantia clarius
apparebit. Primum … sensus mysticus et litteralis sensus

1º quoad significationem; 2º quoad dignitatem; 3º quoad argumentandi efficacitatem. Singula quomodo conveniant et differant simul, et simul sunt breviter nobis exponenda. In paucis igitur conveniunt, in multis differunt mysticus et litterarius sensus. Conveniunt 1º in eo quod uterque verbis significetur. Conveniunt 2º in eo, quod ab ab scripturarum auctore Deo ut quae spectatus est, ut hominibus proponeret, directus sit.

105 Differunt 1º quod litterarius significetur verbis immediate; mysticus mediate, ut satis ex supra dictis constat; differunt 2º, quod litteralis fundamentum sit, et basis mystici, ita ut sine litterali, in quo fundetur, nullus sit mysticus sensus. Unde mysticus dependentiam a litterali habet; litteralis vero a mystico non dependet. Et ex hac 2ª 3ª oritur differentia. Differunt 3º quod litteralis in omni scripturae loco sit; mysticus non. Utrumque liquet ex dictis. 1um ex nº 1?, 2um ex nº 99. Differunt 4º quod eorum alter magis a Deo spectetur, et intendatur, alter minus.

106 Id hinc excitatur quaestio, quam initio sectionis indicavimus, scilicet uter sensus potentior, sive magis a Deo spectatus, et intentus sit, mysticus an litterarius? Pro cujus vero solutione notandum est et supponendum, quod si actiones plures fiunt, non ea res quae 1º fit, magis ab eo qui spectatur, seu intendit, neque extra quae 2º fit, idea magis spectat et intendit, sed pro ratione fiunt alia, et ergo cum sit quoad rem multo major et nobilior existunt aliqua, alia quoad rem minores, et ignobiliores. hoc notato solitam assertionem quaestioni pro nostra vobis.

1º sit conveniunt et ut plurimum magis a Deo spectatus sensus mysticus quam litteralis. Ratio: magis a Deo spectatus sensus quo exprimunt res nobiliores ad quas referunt et quae gesta sunt alias ignobiliores, quam ille sensus quo res ita significant; atqui mystico sensu conveniunt et ut plurimum maxime in veteri testamento exprimunt res nobiliores ad quas referunt;

et ppt quas aliae ignobilioris gesta litterario sensu significant. Sensus igitur misticus communit et ut plurimum magis a Deo spectatus est quam litteralis. Maior certa, et minor pt, in misteriis Xptianae fidei sunt Allegoriae in veteri testamento significatae, quae sunt praestantiores ipsis quae in eo gesta narrant, ut multis nominatim exemplis.

Nam 1° historia Jonae in Ceti ventre tribus diebus et noctibus, proprie hec litteralem sensum quae res ibi vere gesta; et praeter hoc significant ea historia verba aliud Xpum videlicet tribus in terra tribus diebus sepultum, ut legitur ex Mathei cap 12 v 40. 2° 1d Exodi cap 12 v 46: os non comminuetis ex eo proprie quod sensum litteralem in Paschali agno quo habuit; et maiorem et misticum sensum in Xpto Domino habuit, Joan. cap 19 v 36. 3° tota de duabus Abrahami uxoribus, et de duobus ex earum parte filiis narratio primo ac immediate res illas gestas denotat; et in genere quod quae res significabat duo nempe testamenta duo quae huius generis status, alterum servitutis, libertatis alterum, testatur Apostolus ad Galat. cap 4 v 22 et sequentibus. Ingg. quibus et multis aliis similibus, quae causa brevitatis omittimus, ea quae mistice significant praestantiora et nobiliora iis quae significant litteraliter, ut est manifestum imo hec 2° adde illa significatione in veteri testamento respectabat. Ergo illa significatio quae mistica est magis a Deo spectata est.

2° affertur sic: res quae mistice ... magis spectatus a Deo est. Sed ex Apostolo ad Hebraeos cap 13 ... dicit quod in vitulis ... Xpum Dominum extra portam passum testatur Evangelista, multo magis spectavit Spiritus Sanctus res significatas litteraliter quam res mistice significatas: ergo multo magis spectavit Sp. S. res multo praestantiores maiores et nobiliores quam minus et ignobiliores; res a significata litteraliter sicut ipsa Xpi Domini passio multo praestantior maior et nobilior quam ea quae significat mistica sede

qd nos extra castra etiā ad illū exeamus. Si ā litterariis sensus aliqñdo
magis a Deo spectatus e necessario inde deducit clarissimeq. probt,
misticus n̄ is ꝑ magis a Deo spectatus, ideo quia illud rarius hoīb. fre=
quens in scriptura e ideo solet comunit dici misticus ꝑ sensus magis
qui ab Sp. S.to intentus, et magis primarie, licet quoad significaonem
l° is ꝑ in verbis spectet litteralis.

110 Differunt 3° litteralis et mistic. sen=
sus qd misticus multo abstrusior, et ignotior sit, litteralis u° clarior
et eruocus significaone notior et facilior. Differunt tandem 4° qd in
oi fidei dogmate atq adoia firmus is ꝑ e litterario sensu ducat argumtū,
ē mistico q n nisi cum ab alio scriptura loco l alio quolibt auctoritate ha=
bente testimonio monstrat. Hec differentia nititur eo, qd misticus
sacre scripture sensus, q ut talis sit, n conveniat ex intentione Sp. S.ti
sicut et litteralis, quia talle, sicut talis, quas hic a Deo proponit, atq
adeo eque firma continet veritatem; ideo nitit eo, qd certo nobis constet de
litterali id, qd de sensu mistico, quem ex aliquo testimonio eximus, incertus
e, illum scilt ea ve sensum scripture Dine ac proinde a Sp. S.to intentū,
nobisq proposit. Si q ta evidens foret, ac Deo ꝑ pone sensus misticus
quem aliquis e sacra scriptura eruit quam evidens e sensus ab illo pro=
poni litteralem, par utriusq vis, ac in probando, licet probando foret
efficacitas.

111 Vnde fit 1° ea, que in novo testamento e vetere aut etiam
novo explanant mistice, eque firma ee, ac ea, que litterarii etiā
planissime sensus sunt. 2° ideo et mistico sensu argūta Apost. petierunt
ea velut obsequi Sp. S.to quem iniquis loqui percipiebat, l obsermarunt veteris
Ecclesie sensum, receptum q ab ipsis Iudeos traditionem, vel apud ipsos
habuisse. Sic ergo sensus misticus nulla huiusmi auctoritate firmenti
edificant quidem, sed n probant, suadent, sed n persuadent, movent, n tra=
hunt, aut cogunt.

112 Verum inter cuiusq sensibus, quorundam probabilitatis,

ueationis ac motionis gradus. Unde plures conglobati magis mouent ac mouent, quam singuli. Idcirco Molina libro 6 de recta fide cap 23 his notauit verbis: licet singuli sensus spirituales probabile dumtaxat sint argumentum ad probandas res fidei; attamen coniunctim tot figurarum veteris testamenti quae adeo adamussim literalis, ac explent ii res noui testamenti, efficax argumentum ad comprobationem fidei nostrae quo etiam contra infideles uti possumus.

DISP. IV.

De sensu accommodatitio.

SECtio 1.

An praeter literalem et mysticum sit in Scriptura Accommodatitius aliquis sensus?

118 Sensus accommodatitius, seu per accommodationem aliquis scripturae dat, cum de illius verba accommodant ad rem, quam author per illa neque proxime et immediate, neque mediate et remote significare voluit ut si verificans [illegible] in textu excellit cuiuspiam parochi, aut parochus sint [illegible], hoc ita interroget: dicimus [illegible] cuius pecus? [illegible] mali proxime illi [illegible], uel etiam quae [illegible].

Tum vero res agit pares cum primum ardet. Unde quod in Scriptura sacra sensus aliquis accommodatitius sit nihil aliud est nisi quod verba aliqua ipsius scripturae per extensionem quandam ad eas res applicari aut accommodari possint, quas sacer scriptor neque literaliter et historice neque figurate et mystice voluit illis verbis significare.

119

Dicimus II, quae

libent, q plerumque affirmat sensu accommodatio aliquo in Scriptura
sacra est. Obiicit 5° eodem argumento, quo minus contra diximus pro-
bavimus N° 70: quod absque ulla perfectione notanda ullo libro aliis
omnibus communem, id et Sacrae etiam Scripturae tribuendum; identidem accom-
modationibus absque imperfectione notanda ullo libro aliis omnibus
communis est: ergo Sacrae etiam Scripturae tribuendus. Maior patet: nam librorum
aliorum perfectio, et nota quaedam, quod habeant, vel habere putari possint
aliquid falsi, repugnantes aut inutiles; hac abstracta labe, sunt
Sacra Biblia communia quidquid libri alii habere possunt, nam illa
omnium libri sunt, nec hominum ingenio, ac usui minus exponi quam
alii. Minor etiam perspicua in Virgilio, et Homero, aliorum interpretatio-
que et Ciceronis aliorumque scriptorum accommodationibus, quae frequenter
apud Patres inveniuntur.

115 Obiicit 6° ex eo quod videamus id passim in SS. PP.
quod inspicias Ecclesiae breviariis, ritualibus, libris quae aliis. Deposi-
tio de Sancto pontifice et confessore canit Ecclesia verba illa Eccle-
siastici cap. 44: inventus est iustus, et in tempore iracundiae factus est
reconciliatio. Cum tamen de Noe tantum dixit Ecclesiasticus, ut patet in eo
capite laudantur viros verbum gloria nostri patres in seculi
sunt quos numeravit Noe. Ecclesia ergo ea verba, quae de illo dicta
sunt accommodat cuivis Pontifici et confessori; quia huic etiam quadam
similitudine convenit id, quod praedictis verbis significavit Scriptura de
Noe: nam quilibet sanctus Pontifex et vitae sanctitate, qua meruit
inveniri iustus, et charitatis ardore, quo inquit Deum et populo
factus est reconciliatio. Similiter et alia, quae dicuntur ibidem, et reliquis capitibus
praedicta sunt, ea ita cuilibet confessori pontifici aliquo modo conveniunt, aptantur.
Sic in festo Immaculatae Conceptionis B. Virginis ei accommodant, quae Sapien-
tia cap. 8 et Ecclesiastici dicuntur eidem in festo assumptionis aptat Evan-
gelium de Martha et Magdalena et Lucae cap. 10. Et alia ejusmodi
plura.

116 Ubi vero [illegible] quoque Scriptura ipso intenditur sensu alio usurpet. Neque enim a Pontifice sive filio Josedec, et a Duce Zorobabel dixerat olim Zacharias cap. 4 v. 11, et 14, id, paululum ut ipse fit, mutatis, ad alios duos transfert Apocalypsis cap. 11 v. 4, ubi Joannes dicit: isti sunt duae olivae, et duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes. Hic enim non exprimit Joannes duos illos viros, quos iisdem terminis significavit Zacharias, sed alios duos [illegible] gigides sive Enoch et Eliam ut S. Ambr. Greg. Prosper aliique tradiderunt sive Moysen et Eliam ut indicat, et defendit Maldonatus in Matthaei cap. 17. Eadem Apocalypsis verba Ecclesia duobus sanctis martyribus Joanni, et Paulo die 26 Junii beatus Petrus Damianus sermone 27 duobus Apostolorum principibus Petro, et Paulo accommodat.

117 Hinc [illegible] definita probatio ita ad compendium redigitur, unicoque argumento clarius asseritur. Quod in Scriptura sacra sit sensus aliquis accommodatitius, nihil est aliud nisi quod aliqua sacrae Scripturae verba possint transferri, et accommodari, et reipsa transferantur, accommodenturque ad res aliquas, quas auctor illa verba neque proxime, et historice, neque remote, et mystice significare voluit. Sed aliqua sacrae Scripturae verba possunt transferri, et accommodari, et reipsa transferunt, accommodantque hi a SS. PP. hi ab Ecclesia, hi etiam ab altera Scriptura ad res quas auctor per illa verba neque proxime et historice, neque remote et mystice significare voluit, ut diximus. Ergo in Scriptura sacra sensus aliquis accommodatitius. Sed [illegible] sacrorum verborum accommodatio?

118 Sicut nihil utilius recto sacrarum Scripturarum usu, ita prava earum interpretatione nihil inveniet [illegible] inter hos, qui in hanc facilius labuntur, dum sacras litteras sensu exponunt accommodatitio; nam quo [illegible] ore in eo interpretandi libertas, eo maius errandi periculum. Hoc ut

; qua pax e, se dubitare caveat ab ingenuis sacrarum litterarum me-
diocris diligenter scrutandis, et ponitis hisdem accomodationis sacrarum
scripturarum, sive earum a proprio sensu litterario quam mistico, ad res
alias traductione fieri posse bene, ac male.

119 Bene fit quando verba sacra ad res
bonas, bonoque fine accomodant, ut in exemplis praecedentibus, et in
... Cujusmodi sacras literas exponendi per accomoda-
titium sensum, quando ita fit earum accomodatio, merito his verbis commendat P.
Vasquez disp. 14 cap. 1: hic modus tractandi scripturam SS. PP. frequens
in sermonibus et homiliis ad populum, idque utilissime, quia verba scripturae
mira quadam gravitate et energia pollere ferunt, ita ut ad persuaden-
dum sint accomodatissima, sicque pulcherrime atque convenientissime
eis divinarum litterarum accomodationibus usus fuit S. Bernardus, qui plures
alii magna quidem laude se usi.

120 Male fit quando quis sibi ... quicumque
irreverenter ad facetias, et scurrilitates transtorquent verba sacra, ... in
Concilio Tridentino sessione 4 gravissimis his verbis prohibet: post haec
temeritatem illam reprimere volens (sacrosancta synodus) qua ad pro-
fana quaeque convertuntur, et torquentur verba et sententiae sacrae scripturae, ad
scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones,
impias, et diabolicas incantationes, divinationes, sortes, et libellos etiam
famosos, mandat et praecipit ad tollendam hujusmodi irreverentiam, et contemp-
tum, ne de caetero quisquam quomodolibet verba scripturae sacrae ad haec, et similia
audeat usurpare, ut omnes hujus generis homines temeratores
et violatores verbi Dei juris et arbitrii poenis per Episcopos coercea-
ntur.

Quibus accomodatitium hunc sensum venditat, ac jactat velut
litteralem aut mysticum. Hieronymus quos in epistola ad Paulinum carpit, et irri-
det, illi verum: taceo, inquit, de mei similibus qui forte ad scrip-
turas sanctas post saeculares literas venerint, et sermone composito aures

,, populi mulcerint, qui id ausi sunt, hoc legem Dei putant, nec sciri
,, dignant quod Prophetae, quod Apostoli censuerint.
,, et apostoli censuerint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia,
,, quasi grande sit, et non vitiosissimum dicendi genus depravare sententias
,, et ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem. Hoc maxime
illa doctorum qui nostrates huius seculi oratores ad unum videtur spectasse.

122 Tertius sensus qui vel aut litteralis, aut mysticus, accomodatitius vocat. Huiusmodi fuit Theodorus Mopsuestiae Episcopus, qui ea quae de Christo eiusque mysteriis in veteri testamento, vel tecta aut remota condita sunt, ordinarie captabat per accomodationem. Id illius damnatum fuit a Pontifice Vigilio in Synodo Romana cui LV episcopi interfuerunt, ut patet ex collectione variarum epistolarum Pontificum, quam Ant. Aug. Archiepiscopus Tarraconensis ex bibliotheca Vaticana exscripsit. Meminit etiam huius erroris Fr. Turrianus lib. V Apostolicarum constitutionum cap. ..., ubi aliquot refert loca quos in hunc sensum Theodorus explicabat, nec ad ea quae in novo testamento futura erant, applicare volebat. Idem Serarius in Prolegomenis Bibliacis cap. VI qui meminit ... Pontificis Vigilii, synodi quae Romanae ... aliquot ... Hispania contra Theodorum haereticum ...

123 Quartus sensus qui neque litteralis, neque mysticus, id falsus et perversus, scripturae accommodatur. Exemplo sit id quod in alterius ... refert ... de Michaele Servetus, qui ... supplicia ... pietate ... Scripturae Apocalypsim cap. ... Alii ... evangelicis ... ut ... Alii etiam referri possunt haereticus sensus, in quo scripturam ... ad suum ... id est ... depravare, et ideo sensus abusivus appellatur ... opinio ... sacramentorum.

185

SEC. IIII.

2? Evangelistæ ... accomodatitiô usurpent testimonia quæ de veteri testamento refe-
runt.

124 Multa huiusmodi testimonia quæ a sacris prophetis adducebant, accomodaverunt sive accomodatitiô sensu ab Evangelistis usurpari, nonnulli iudicant, Nonnulli iudicant gravissimi viri ut testat P. Bonfr. Ita censuit Cornelius Jansenius in concordia evangelica cap 11 referens ab evangelista Matheo verba illa Osee cap 11: ex Ægypto vocavi filium meum, quæ ad litteram ita dicta censet de populo Israelitico, quem filium suum et Osea Deus appellavit, ut nec mistico, et tacito sensu de Christo intelligant. Idem docet de illis verbis Isaiæ cap 29 quæ refert Matheus cap 15: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Et de illis eiusdem Isaiæ cap 6: audite audientes, et non intelligetis. Idem etiam de illis, quæ Matheus item ex psalmo 77 aperiam in parabolis os meum.

Hæc omnia non literaliter inquit Jansenius, allata ab Evangelista, quia ita optime quadrarent in ea, quæ tunc gerebant. Quia populus Israeliticus labiis tantum Christum honoraret, corde autem longe abesset, sicut idem populus tempore Isaiæ verbis solum honorabat Deum, a quo longe erat eius cor. 2o quia Judæi aure corporis verba Christi Domini percipiebant, et mente intelligentia non ita capiebant, ut illis ad salutem prodessent, id quod ... Isaias eodem modo ... 3o quia Christus Dominus tunc non loquebatur nisi in similitudinibus, et parabolas, sicut etiam author illius psalmi locutus fuerat. Eodem modo existimat Jansenius accipiendum esse illud Jeremiæ cap 31, quod refert idem Matheus cap 2: vox in Rama audita est.

125 Alii optime notarunt
At, quidquid de Jansenio sit, constat accomodationes, ut eiusdem censebant temerarias, ... non ad iudicent ... scripturæ ... accomodationi, quæ usurpari (ut diximus in prosecutione ... num 116) id quia qui dictos scripturæ locos ita refert Matheus ut sicut cæteros prophetas in testimonium eorum quæ narrat, afferre ... quod ... prophetice ... praedixerant.

est.

127 V: Mattheus voluit Scripturæ testimonia suæ confirmare historiæ, quæ æmulis Christi Judæis legenda, et ipsis ... scribebat; scribo ... a ... Scripturæ testimonia pro sola accommodatione in confirmatione afferre, maxime contra ... Evangelii, et novi adversarios. Nam ... qua quod locus per accommodationem nihil probat, id solum nempe ipsum quod plane illustrat, et narrationem exornat, proinde ita poterat et quovis a profano Authore suo instituto, et narrationi verba accommodata.

128 Re: si Evangelista dixisset, optime in ea re, de qua agebat, quadrare illud Isaiæ, aut Jeremiæ, aut psalmi, indicasset profecto pro sola accommodatione testimonia illa usurpasse; at cum dicat: bene prophetavit de vobis Isaias, et rursus, ut adimpleretur illud Isaiæ, et iterum ut adimpleretur quod dictum est: aperiam in parabolis os meum; et rursus: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam: ex Ægypto vocavit filium meum: cogimur sane illa Prophetica in propriis testimoniis intelligere. Hæc phrasis, et modus loquendi in locutionibus accommodatis non recte venit.

129 Nam, si quis Purissimam Virginem Verbi Dei Genitricem ab originali labe ... immunem in crystallino, ac pellucido fonte, clarissimo, et sine macula speculum referente; velut in aptissimo ejus puritatis symbolo exprimere ... usurparet Ovidiana illa carmina

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,
Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ
Contigerant, aliudve pecus, quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.

Aut si Deiparæ immaculatæ illius conceptionis mysterio uteretur ipsa locum ... et Sinaræ, quæ nulli unquam fallaci, ac mortiferæ herbæ, ... originali ... veneno infecta, id est cœlestibus ... Divinæ gratiæ floribus exornata, perillustrem de tartareo serpente, cujus illa caput contrivit, victoriam reportavit, Virgilianis illis uti vellet.

No. 187

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet, et serpens, et fallax herba veneni
Occidet — — — — — — — —

Vid. Dicere poterit Ovidianum illud aut Virgilianum carmen convenire Beatae Virgini, quae ob immunitatem a culpa, et fomitis ignara, et lilium inter spinas, et unica sine spina rosa vocatur, et antiqui serpentis victrix dicitur. At plenum est illud Ovidii, aut illud Ovidii Virgilii in Beatam Virginem, nisi ineptus, dici in falso diceret, et multo minus dici poterit recte Ovidium inspiratis carminibus, aut inspirationibus Virgilium cecinisse poema Virgineum. Modi loquendi Evangelistae quos usurpant nihil aliud indicant, nisi cognationem verborum illustrium indicant.

Rejicit Pag.
argumentum



t

Index

Disputatio

[illegible] suficientes de pecado grave

